Exijt edi. lu. ij. hiſtoīa hꝰ euāgelij facta ē āno xp̄i. j. vſuali. xij. kl. ianuarij. feia. iiij. lr̄a. xxvij. indictōe. iij Añ initiū hꝰ euāgelij ſcribit Lu. i p̄cedēti ca. ortū ſci Johis baptiſte. ſ. quō nunciatꝰ ē p āgelū gabrielē p̄ri ſuo zacharie in tēplo. ⁊ quō natus ē de ſterili mrē. ⁊ quō in circūciſione vocatū ē noīe Iohēs ⁊ quō ip̄e puer creſcebat q̄ntū ad augm̄tū corpis. ⁊ ꝯfortabat ſpū. ſ. q̄ntū ad augm̄tū g̃tie ⁊ vtutꝭ Et erāt in deſerto vſq ad diē oſtēſionis ſue ad iſrl. Et deſcp̄to ortu p̄curſoꝛꝭ. h ꝯñter deſcribit ortū ſaluatoris: di. (Factū eſt āt in diebꝰ illis. Exijt edictū a ceſaē auguſto) Li. hic oñdit tp̄s natiuitatis xp̄i. qui natꝰ eſt āno. xlij Auguſti Ceſarꝭ q̄ noīatꝰ eſt auguſtꝰ ab augēdo. q̄a notabilr auxit imperiuʒ romanū. ⁊. xij. ānis añ natiuitatē xp̄i ⁊ pꝰ tāta fuͭ pax in toto orbe ut ad lrām videret impletū: qd p̄dixit yſa. ca. ij Cōflabunt gladios ſuos in vomeres: ⁊ lāceas ſuas in falces. Vnde etiā in pſ. lxxj. Orietr in diebꝰ eꝰ iuſticia ⁊ abundātia pacꝭ. Itē yſa. ij. Nō leuabͭ gens ꝯ gentē gladium Et ꝓpter h in diebꝰ ceſarꝭ auguſti omibꝰ gētibꝰ romano impio ſbiectis fuit pax vniūſalr in orbe. idō mādauit (ut deſcriberet vniūſus orbis) ut p hoc ſcirer quales terre diuiſe eſſēt populate. ⁊ quanta tributa ſingule poſſēt reddere. ut ſic tributis indebitis nō g̃uarent. ⁊ ſciret per quē modū ſingule terre ſub impio romano regerētur (Hec deſcriptō p̄ma facta eſt a p̄ſide ſirie cirino) hūc eī cirinuʒ ceſar auguſtꝰ p̄fecerat ſirie ad ipſaʒ regendaʒ. ⁊ q ſiria eſt in medio terre habitabil. ⁊ idō ibi fuit iſta deſcp̄tio incohata ut inde denunciaret fieri ī aliis ꝓuincijs circulariter (⁊ ibāt oēs ut ꝓfiterentur ſinguli in ciuitatē ſuā) .ſ. vñ oriundi erāt: ꝓfitebātur āt duplicit ſe eſſe ſbiectos romano iperio .ſ. ſcripto q eoꝝ noīa ſcribebātur de mandato impatoris. Et facto. quia ſoluebant cenſuʒ impatori. ſ. vnum nūmū argenteū valentē decem nummos vſuales. (Aſcendit autem ⁊ Joſeph) .ſ. vir Marie (a galilea) q infeſior erāt q̄ iudea (de ciuitate naſareth) vbi xp̄s cōceptus erat ⁊ in q̄ Joſeph manebat (in iudeam ciuitatē dauid) ⁊. in bethleeʒ que dicitur ciuitas dauid. quia inde oriūdus fuit. j. Reg. xvj. (eo q eſſet de domo) ⁊. de genere (dauid ut ꝓfiteretur cum maria ſibi deſponſate vxore pregnante) ipſa eī erat de eadē tribu cuʒ Joſeph. ⁊ licet maria nō fuiſſꝫ obligata tanq̄ pregnās illuc ire ꝓpter longitudineʒ vie. q naſareth diſtat a bethleē q̄ſi p tres dietas. tñ ꝓpt exēplū obedie cum ipſo mulieribꝫ ire voluit. Itē ex diuina diſpenſatōe h factū ē ut ſic xp̄s naſcēꝛ in bethleeȝ sic p̄dictū fuit. Mich. v. Et tu bethleē terra iuda neq̄q̄ minima es in p̄ncipibꝫ iuda. ex te eī exiet dux q̇ regat ꝓplm̄ meū isrl'. (Et factū est dū eēnt ibi: ipleti sūt dies eiꝰ ut parēt) .s. nouē mēses īpleti sūt a die ꝯceptōis xp̄i (⁊ pepit filiū suū p̄mogenitū) Dī āt p̄mogenitꝰ. nō qꝛ pꝰ illū maria alios filios hūerit. sed qꝛ añ illū aliū nō hūit. qꝛ sic ante ptū ita in ptu ⁊ pꝰ ptū inuiolata v̓go permāsit. Tūc ipleta est illa ꝓphia Isa. vij. Ecce v̓go ꝯcipiet ⁊ pariet filiū. et ip̄a btā v̓go maria magnū gaudiū hūit in xp̄i natiuitate. ⁊ h̄ ideo qꝛ sine dolore sine afflictōe ⁊ sine debilitatōne sui genuit filiū quē sciuit eē deū ⁊ hoiem. Nā sic v̓go ꝯcepit sic sine dolore genuit (⁊ pānis eū inuoluit) .s. p seip̄am. Ly. Ex q̇ pꝫ falsitas q̄ scribit̃ in libro de infātia saluatoris. s. ipsam obstetrices habuisse ī ptu que nō reqrunt̃ nisi ꝓpter afflictōeȝ mr̄is in ptu q̄ nō habuit locū in v̓gine (et reclinauit eū ī p̄sepio) ly. Joseph em̄ in illo itinē adduxerat secū asinū ad portandū vxorē pregnantē: et bouē ad vendendū ut de p̄cio solueret expēsas in via. ⁊ illis duobꝫ aīalibꝫ fecit p̄sepiū iux̄ se: in q̇ btā v̓go reclinauit filiū natū. s̄m qđ fuerat p̄dictū ysa. j. Cognouit bos possessorē suū ⁊ asinus p̄sepe dn̄i sui. Dicūt em̄ q̇dā qꝙ asinꝰ ⁊ bos genuflexerūt corā xp̄o. Abac. iij. In medio duū aīaliū cognosceris. Vñ Ber. O xp̄iane vide q̄l' p te factꝰ ē xp̄s. qꝛ si rex vbi aula regia. vbi throni sublimitas. vbi curie regal' freq̄ntia? Ecce aula regia stabulū: ecce throni sublimitas p̄sepiū. curie regal' freq̄ntia bos ⁊ asinus (qꝛ nō erat ibi locꝰ in diuersorio) gor. h̄ rep̄hendūt̃ xp̄ianoꝝ delicie diuitie ⁊ honores huiꝰ mūdi. Delitie: in h̄ qꝙ dei filiꝰ nō mollibꝫ vel calidis pelliceis indutus fuit: s; vilibꝰ pānis inuolutꝰ. Honores: in h̄ qꝙ nō in palacio sed ī p̄sepio eū reclinauit m̄r sua. Diuitie: in h̄ qꝙ locū aliū nō hūit in diuisorio

Vñ Bern. O hō qd sollicitꝰ es de regali palacio Ecce rex tuꝰ iacet in p̄sepio q̇d cogitas de p̄cioso indumēto. rex tuꝰ induit̃ vili pāniculo (Et pastoēs erāt in regiōe eadē vigilātes ⁊ custodientes vigilias noctis sup gregem suū) .s. inter ihrl'm et bethleē: q̄ cītātes distāt ad duo miliaria abinuicē (⁊ ecce āgelꝰ dn̄i stetit iux̄ illos) scȝ paratus ad reuelandū eis dīna (⁊ claritas dei circūfulsit eos) nō tm̄ exteriꝰ in corpe sed etiā interiꝰ in mēte (⁊ timuerūt) ex insolita visione. s; angelus ꝯsolabat̃ eos: di. (Nolite timē) cuiꝰ cām subiūgit (Ecce em̄ euāgelizo vobꝭ gaudiū magnū qđ erit omī populo) nō solū iudeoꝝ sed etiā gētiliū hor. Et h̄ gaudiū est magnū scđꝫ oēm dimēsiōeȝ qꝛ altū ꝓfundū lōgū et latū. Altū: qꝛ eiꝰ altitudo attingit celū. Vñ Ber. Magna ē hodierna festiuitas: celū replet atq̄ terrā. Profundū qꝛ eꝰ ꝓfunditas penetrat infernū. s. vsq; ad scōs q̇ erāt ī limbo. Itē eiꝰ lōgitudo ptendit̃ a p̄ncipio mūdi vsq; ad finē mūdi. Itē eiꝰ latitudo occupat orbē terrarū. Vñ hodie canit̃ in p̄fatōe misse secūde. ꝓpt̃ gaudijs totus in orbe terrarū mūdꝰ exultat. (qꝛ natus ē nobis) .s. hoibꝫ ⁊ angel' pariter. qꝛ ꝯsortio hoim repanda ē ruina angeloꝝ. Li. di (hodie) qꝛ q̄uis nox erat tn̄ ps diei natural'. vel alit̃ ⁊ meliꝰ ut videt̃ qꝛ nox illa ex claritate dīna fuit ita illūiata: ac si eēt dies clarissimā. s̄m qꝙ fuerat p̄dictū in ps. cxxxviij. ⁊ nox sicut dies illuīabit̃. (saluator q̇ est xp̄s dn̄s in ciuitate dauid) .i. in bethleē (Et hoc vobꝭ signū Inuenietis infantem pānis inuolutum) ⁊ nō sericis inuolutū (positū in p̄sepio (ñ in palacio (et subito facta est cū āgelo q̇ tūc p̄ncipal' int̃ alios nūciauerat de natiuitate (multitudo militie celestis) .i. āgeloꝝ q̇ noīe militie designā². qꝛ p salute hoīꝫ cū demonibꝫ p̄liāt̃ Vñ Apoc. xij. Michael et āgeli eiꝰ p̄liabāt̃ cū dracone (laudantiū deū) de xp̄i natiuitate (⁊ dicētium.

Gl̃a in altissimis deo) q2 licꝫ eiꝰ gl̃a
vbiqꝫ reluceat. maxie tñ in excelsꝭ .i. ī
celo empireo vbi ē āgelorꝝ a btōrꝝ hi
tatio (a in t̃ra pax hoibꝰ bone volun
tatis) Et notāter dicit pax in terra a
nō gl̃a. q2 ī terra ē pax. a ī celo gl̃a
Annūcia²āt pax hoibꝰ bone volūtatꝭ
q2 regnū dei tantū valet q̃ntū habes
Vñ Remigius. Si ei diuitias zachei nō
hēs. si desūt tibi duo minuta vidue.
si nec calicē aque frigide potes offer
re. offer deo bonā volūtatē Vñ Aug.
Corōt deꝰ intꝰ volūtatē vbi ñ inuenit
facultatē. Vñ Criso. Dextra tua plena ē
mūeribꝫ: si fuerit plena bō volūtate.

¶ Multꝭ miracꝉꝭ declāt xp̄i natitas

Natiuitatis xp̄i ſm Innocentiū
papā multꝭ miracꝉꝭ fuͭ declāta
Nā ipsa nocte obscuritas noctis v̄sa
est in diē clarissiͫ. Itē cū tpe natita
tis xp̄i añ a pꝰ fuisset pax in oibꝰ t̃ris
a p̄uincijs totiꝰ mūdi Romi tēplum
pacꝭ pulcerriͫ ꝯstruxerāt. a ꝯsulētes
Apollinē q̄ diu duraret tēplū h. Rñt
eis: q̄usqꝫ v̄go pareret. hijs auditis
dixerāt. tēplū pacꝭ inet̃nū manet. Im
possibile ei credebāt v̄ginē parē. Vñ ī
foribꝫ tēpli scp̄serāt Tēplū pacꝭ manꝫ
inet̃nū. h ipa nocte q̄ virgo pepit tē
plū fūditꝰ corruͭ Itē ſꝫ ꝓphetiā Ihē.
Sigͫ datū ē eis q2 oia idola corruerēt
qñ v̄go parēt. a ꝓpt h sacdotes ydolo
rū imaginē v̄ginis puerū in gremio
baiulātē fecerāt: a ī secreto loco tēpli
ponētes adorauerāt. Itē ex legēda lū
bardica hꝛ q ipō die natitatꝭ xp̄i sta
tua romulia oia ydola in diuisis locꝭ
corruerūt. Itē ipō die tres soles ī ori
ente apparuerūt. qui paulatī in vnū
corpꝰ solare redacti sūt. Itē Innocē-
tius pp̄. dicit q fons aq̄ in ipa nocte
in liquorē olei v̄sus ē. et tō die largis
sime manauit. fluēs vsqꝫ ad tiberim
Sicͭ sibilla ꝓphetauerat q nisi erūpe
ret fons olei nō nasceretur saluator
Itē Innocētiꝰ pp̄. dicit q octauianꝰ
impator cū vniuersū orbē iurisdictō
ni romane subiugasset intātū senatui
placuit ut eū p deo colerēt. Ad illorū
h instantiā sibillā ꝓphetissaꝫ ꝯsuluit
si maior eo aliq̃n nasceret. Cū ergo ī
die natalꝭ xp̄i sibilla ī camera impa
toris oroībꝫ insistēt: in die media au
reus circulꝰ apparuit circa solē. a in me
dio circuli v̄go pulcerrima puerꝝ ge
stans in gremio. Tūc h cesari ostēdit
Admirās āt impator audiuit vocē
dicentē. Hec ē ara celi. Dixitqꝫ ei sibil
la. Hic maior te est. ipm ideo adora
Eundēqꝫ locū in honore btē marie de
dicauerūt. qui vsqꝫ hodie sācta ma-
ria ara celi dr. Impator igit̃ illi pu-
ero hostias obtulit. a ipse deos suos
decetero colere recusauit. Huic dicto
ꝯcordant Thimotheꝰ historiogra-
phus a Orosius ꝑ magna pte.

¶ Circa p̄ns euangeliū vbi dr. Annū-
cio vobis gaudiū magnū. Notandū
ꝑ magnū gaudiuꝫ instat toti popu-
lo xp̄iano de natiuitate filij dei in hu
mana natura in ꝓximo recolenda ꝑ
quā natura hūana est ꝑ oia exalta
ta a oibus bonis repleta Natus est
ei filiꝰ dei cū sacco pleno oim gratiaꝝ
a virtutū quas nobis gratis donaͭ.
Ad Rom. viij. Quō etiā non oia cū
illo nobis donauit ꝓpterea angelꝰ
dixit. Annūcio vobis gaudiū mag-
nū q2 natus est nobis saluator Vbi
sciendū q primꝰ hō scꝫ Adā ꝓductꝰ
fuit sine p̄re a mr̄e. Scd̄s hō scilꝫ Eua
ꝓductꝰ fuit ex p̄re sine mr̄e. omnes
alij hoies ex p̄re a ex mr̄e. Restabat
āt q̃rtꝰ modꝰ ut q̄s ꝓduceret ex mr̄e
sine p̄re. sic xp̄s hodie natꝰ ē. et ī hac
q̃rta gn̄atōe filij oēs: in t̃rā suā .s. ce
lestē Ihrlm ꝑ xp̄i meritū redierūt. sic
in figura deꝰ dixit abrahe. Geñ. xv.
Generatione autē quarta reuertēt.

¶ In scd̄a missa natitatꝭ .s. ī diluclo

RMe. Apparuit benignitas a huāi
tas saluatorꝭ nr̄i dei. ñ ex opi
bꝫ iusticie q̄ fecīꝰ nos: h ſm suā
miaꝫ saluos nos fec̄ ꝑ lauacrꝝ regn̄a
tōis a renouatōis sp̄ussācti: quē effudͭ
ī nos abūde. ꝑ ihꝫ xp̄m saluatorē nr̄m
ut iustificati grā ipiꝰ hēdes simꝰ ſm
spē vite eterne. ¶ Postilla

Apparuit benignitas ⁊ hūanitas saluatoris. Ad thi. iij. Ante initiū illiꝰ ep̄le scribit sc̄us Paulus thito discipulo suo: di. Loq̄re ⁊ exhortare illos p̄ncipibꝫ ⁊ p̄tātibꝫ subditos eē. ad oē opꝰ boᵐ paratos eē Et pꝰ pauca seq̄t ep̄la hodierna (Apparuit benignitas ⁊ hūanitas saluatoris nr̄i dei) q2 magnā miam deꝰ nobis exhibuit in hoc ꝙ hūanitatē p̄ nobis assūpsit (n̄ ex opibꝫ iusticie q̄ fecimꝰ nos) Glo. q2 nulla bō fecerimꝰ imo potiꝰ cū inimici eēmꝰ recōciliati sumꝰ deō (sꝫ ꝑm suā miam saluos nos fecit) Ly. salꝰ enī et̄na excedit totalr̄ facultatē hūane nature. ꝓpt qḋ nō p̄t attingē eā q̄s n̄ ex largitate diuine mie (per lauacrū regn̄atōis) i. baptismi p̄ quē fit regn̄atio a culpa. gn̄atō enī in q̄s nat. psal. l. Ecce eī in iniq̄ta. ꝯceptꝰ sū ꝛc̄. Sꝫ regn̄atō lauat Joh. iij. Nisi q̄s renatꝰ fuerit ex aqua ⁊ sp̄ū: nō p̄t introire in regnū dei (⁊ renouatōnis sp̄ūsc̄ī) q2 sp̄ūsanctꝰ in bap̄mo datus terminat vitā veterē q̄ est sb̄ pc̄ō ⁊ inchoat nouā q̄ est sb̄ gratia (quē effudit in nos abūde) Ly. ad deletionē oīm pc̄ōrum ⁊ copiam virtutū (per Jhm xp̄m saluatorem nostrū) Ly. ex cuiꝰ passione habet efficaciam sacramentū baptismi (ut iustificati gratia ipsiꝰ heredes simus) Ly. quia grā facit nos filios dei adoptiuos ⁊ heredes regni (ꝑm spem) i. p̄nti (vite eterne) scꝫ in futuro.

¶ Seq̄tur euangelium.

In illo tempe. Pastores loq̄bāt adinuicē. trāseamꝰ vsq3 bethleē ⁊ videamꝰ hoc verbū qḋ factū ē. qḋ fecit dn̄s ⁊ ostn̄ nobis. Et venerūt festinātes. ⁊ inuenerūt mariā ⁊ Joseph ⁊ infantē positū i p̄sepio Videntes āt cognouerūt de verbo qḋ dictū erat illis de puero hoc. Et oēs q̄ audierāt mirati sūt. ⁊ de hijs q̄ dicta erāt a pastoribus ad ip̄os. Maria āt ꝯseruabat oīa v̄ba hec ꝯferēs i corde suo Et reuersi sūt pastores glificātes et laudātes deū in oībus que audierāt et viderant: sicut dictū est ad illos.

¶ Postilla.

Et factū est cū discessissēt angeli. Hec historia sig̃t. utš. An̄ initiū illiꝰ euāgelij scribit sc̄us Lucas illud euāgeliū qḋ hodie in nocte xp̄i lectū est ⁊ stati pꝰ verba āgelorꝝ laudantiū ⁊ dicentiū Glā in altissimis deo ⁊ in terra pax hoībꝰ bone volūtatis: seq̄t p̄ns euāgeliū (Et factū est ut discesserūt) Ly. Hic describit pastorū deuotio. q2 stati pꝰ visionē istā dimisso grege venerūt ad videndū puerū natū (Factū est postq̄ āgeli discessissēt ab eis) s. pastoribꝫ (i celū) i. postq̄ aspectibꝰ pastorꝝ se abstraxerūt ascendētes in celū (pastores loquebāt ad inuicē) s. de xp̄i natītate sicut ⁊ duo discipuli eūtes in emaus de eiꝰ passiōe. lu. xxiiij. dicētes (Trāseamꝰ vsq3 bethleē: ⁊ videamꝰ hoc verbū) i. puerꝝ natū p̄ v̄ba angeli nob̄ significatū (qḋ fecit dn̄s ⁊ ostn̄ nob̄) supple p̄ angelū (Et venerūt festinātes) Ly. ex desiderio videndi xp̄m. et ut citius redirent ad gregē quē sine custodia dimiserāt (⁊ inuenerūt mariā ⁊ ioseph ⁊ infantē) i. xp̄m (positū in presepio (sicut angelꝰ eis p̄dixerat. (Videntes āt cognouerūt de verbo qḋ dictū erat illis de puero hoc) q2 nō solū fuerūt illuīati exteriꝰ sed etiā interius de cognitōne verbi incarnati. ⁊ sic p̄ cognitōem hūanitatis venerūt ad cognitōem deitatis. Nec sūt scandalizati de tanta pauptate sed ꝑamplius in fide roborati sūt. et ceperūt p̄dicare mariā Joseph ⁊ cūctis astātibꝫ illā quā viderāt claritatē ⁊ ꝙ audierant angelicos ymnos (Et oms qui audierāt mirati sūt de hijs q̄ dicebātur a pastoribꝫ ad ip̄os) glo. nō solū mirabāt de incarnatōis misterio sed etiā de tāta pastorꝝ attestatōne q̄ fingē inaudita nescirēt. sed simplici facūdia vera p̄dicarent (maria aūt ꝯseruabat oīa v̄ba hec) s. quicq̄d ei retulerat angelus gabriel q̄cq̄d a pastoribꝫ audierat. quicq̄d experta fuerāt (conferēs in corde suo) Ly. Ista collatio erat ei valde delectabilꝭ. et toti ecclesie valde vtilis. qꝛ ſm qđ dicꝭ Jero. in sermone de assūptōne beate ꝟginis: ipsa post ascensionē filij sui remansit ad tp̄s in terrꝭ cū apl̄is ut eos plenꝰ instruerēt de ꝟbo incarnato de quo erat plenꝰ edocta ꝑ spūm sām. ⁊ oīa familiarius viderat ⁊ tractauerat. ꝓpter quod meliꝰ exp̄mere poterat. qꝛ qđ meliꝰ nouimꝰ meliꝰ et ꝓferimꝰ. (Et reuersi sunt pastores) .s. ad gregē suū (glificātes) corde (⁊ laudantes) ore (deū) de beneficio toti mūdo collato gn̄alꝭ. ⁊ eis ōnso specialiter (in oībus que audierāt) .s. ab angelꝭ (⁊ que viderāt) scꝫ ꝓprijs oculis suis (sic dictū est ad illos) .s. per angelū q̄ nūciauit eis natiuitatē xp̄i.

## ¶ In die natiuitatis domini ad sumā missam Epistola.

Fratres. Multipharie multisqꝫ modis olim deꝰ loq̄ns p̄ribꝰ ī ꝓphetꝭ: nouissīe diebꝫ istis locutꝰ est nob̄ in filio. quē ꝯstituit heredē vniūsoꝝ. ꝑ quē fecit ⁊ secula. Qui cū sit splendor glīe ⁊ figurā sb̄stātie eius portāsqꝫ oīa ꝟbo ꝟtutꝭ sue purgatōꝫ pc̄tōꝝ faciēs. sedet ad dexterā maiestatꝭ in excelsꝭ. tāto melior angelꝭ effectꝰ q̄nto differētiꝰ p̄ illꝭ nomē hēditauit. Cui ei dixit aliq̄n angeloꝝ: filiꝰ meꝰ es tu: ego hodie genui te. Et rursū. Ego ero ipsi in p̄rēꝫ. ⁊ ipē erit mihi in filiū Et cū iteꝝ introducit p̄mogenitū in orbē t̄re dicit. Et adorēt eū oēs angeli dei. Et ad āgelos q̄dē dicit. Qui facit āgelos suos spūs ⁊ ministros suos flāmā ignis. Ad filiū aūt. Thronꝰ tuꝰ deꝰ in seculū sc̄li. virga eq̄tatꝭ virga regni tui. Dilexisti iusticiā ⁊ odisti iniq̄tatē. ꝓpterea vnxit te deꝰ deꝰ tuꝰ oleo exultatōis p̄ ꝑticipibꝰ suis. Et tu in p̄n̄° dn̄e t̄raꝫ fundasti: et opa manuū tuaꝝ sūt celi. Ipsi ꝑibūt. tu āt ꝑmaneb̄. ⁊ oēs ut vestimētū veterascēt Et velut amictū mutabis eos ⁊ mutabūtꝭ. tu aūt idē ipē es. ⁊ anni tui nō deficiēt.

## ¶ Postilla.

Multipharie multisqꝫ. ⁊c̄. Ad hebre. j. ca. Hāc ep̄laꝫ scribꝭ scūs Paulꝰ ad hebreos. Et hebrei sūt qui sūt ꝯūsi ad fidē xp̄i de iudaismo Et ī illa ep̄la ponit dig̃tatē noui testamēti respcū veterꝭ testamēti q̄uis vtrūqꝫ testamentū sit a deo datū. Vetꝰ tn̄ t̄ditꝭ ꝑ angelū qui loq̄bat moysi in ꝑsona dei. ut h̄r. Act. vij. ca. ⁊ Joh̄. ix. Nos scimꝰ qꝛ moysi locutus est deꝰ. Nouū aūt testamentū tradidit deꝰ ꝑ seip̄m. qꝛ ꝑ filiū suū incarnatū q̄ est deꝰ cū patre. Itē qꝛ vetus testamentū traditū est obscure sb̄ velaminibꝰ ⁊ figuris. Nouū āt testamētuꝫ traditū est lucide ⁊ aṗte Et in signū huiꝰ dicꝭ apl̄s (Fratres multifarie) .i. multꝭ locutōibus .s. Abrahe Isaac ⁊ Jacob ⁊ ceteris. et eisdē sepe (Multisqꝫ modis) qꝛ mō ꝑ somnia ut Danieli. mō apta voce ut moysi. mō interiori inspiratōe ut dauid (olim deꝰ loq̄ns p̄ribꝰ in ꝓphetis) Ly. i. ꝑ ꝓphetas q̄bꝰ angeli reuelabāt occulta diuina. ⁊ ipi vlteriꝰ populo nūciabant (Nouissime diebꝫ istis) Ly. tp̄e grē ⁊ veritatꝭ reuelate (locutꝰ est nobis in filio) .i. ꝑ filiū incarnatū q̄ maior est ꝓphetis (Quem) filiū ſm hūanā naturā deꝰ patꝭ (cōstituit heredem) .i. dn̄m ꝑpetuū (vniuersoꝝ) sup oēꝫ creaturā (per quē) Hoc. supple xp̄m ſm diuinā naturā ſm quā coeternꝰ ē p̄ri. (fecit) nō solū inuisibilia (sed ⁊ secula) ꝯtra manicheos Joh̄. j. Oīa ꝑ ipsum facta sūt (Qui cum sit splendor glīe) qꝛ filiꝰ pcedit a p̄re ut splendor a sole (⁊ figura substātie eꝰ) .i. eiusdem substātie cū patre (portans) .i. sustentās ⁊ ꝯseruans in esse (oīa) .i. celestia ⁊ terrestria (verbo virtutis sue) .i. solo imperio ꝑtātis ⁊ bonitatꝭ sue. (Purgatōem pc̄corum faciens) Hoc. tam originaliū q̄ actualiū Et ipē xp̄s (sedet) id ē quiescit et regnat post multū laborē ⁊ humiliatōnem sublimatus (ad dexterā) .i. ad equalitatē. paterne (maiestatꝭ in excelsꝭ) id est in potioribꝫ bonis p̄ris (tanto melior) ꝓportionabilit̄ (angel̄ effectus quãto differentiꝰ p̄ illis nomẽ hereditauit) Ly. quia ipse dicit̄ verꝰ deus ⁊ dñs ɔsubstãtialis p̄ri. ipsi ãt angeli dicũt̄ serui (Cui enĩ dixit aliquando angeloꝝ) Gor. nõ solũ minoꝝ sed etiã maioꝝ (filiꝰ meꝰ es tu) .i. mihi ꝓprius ⁊ ɔsubstãtial̄ (Ego hodie genui te) .i. eternal̄r. qꝛ eiꝰ gñatio nõ trãsit in preteritũ (Et rursũ) supple dic̄ deus p̄r (ego ero illi in patrẽ) Gor. eũ ꝓtegẽdo (⁊ ip̃e erit mihi in filiũ) mihi p̄ oĩa obediendo (Et cũ iteꝝ) Gor. .s. deꝰ p̄r (introducit p̄mogenitũ) filiũ suũ (in orbẽ terre) .i. cũ eũ qui priꝰ erat in mũdo inuisibilis. mũdo apparere visibilem fecit (dicit) scriptura de xp̄o (⁊ adorent eũ) .s. hominẽ xp̄m s̄m hũanitatẽ passum ⁊ mortuũ (oĩs angeli dei) .s. iussioni eiꝰ obtemperando (Et ad ãgelos q̃dẽ dicit. Qui facit angelos suos) .i. nũcios suos cũ leuia nũciant (spiritꝰ) Gor. celestes (⁊ ministros suos) facit (flammã ignis) cũ eos ad exercitiũ vindicte mittit. sicut fuerũt missi duo angeli in zodomã. Geñ. xix. (Ad filium autẽ) dicit deꝰ p̄r (Thronꝰ tuꝰ) .i. regnũ tuũ (deus) O deus fili (in seculũ seculi) .i. p̄manet in eternũ (Virga eq̃tatis) id est regula. directa est (virga regni tui) .i. disciplina q̃ bonos regis ⁊ malos punis (Dilexisti iusticiã) Gor. .i. oẽ bonũ (⁊ odisti iniquitatẽ) .i. oẽ malũ (ꝓpterea) .i. qꝛ h̄ facis (vnxit te) scd̄m hoiem ut regem ⁊ pontificẽ (deus deus tuꝰ) .i. ip̃e deꝰ pater (oleo exultatõis) Gor. .i. grãtie ɔsciẽtiam exhilarãtis ꝓpter pc̄ci imunitatẽ (pre p̄ticipibꝫ tuis) id est pre omnibꝰ sanctis: qui de plenitudine tua participãt (Et tu domĩe) scilicet fili dei (in principio) rerũ creandarũ. (terrã fũdasti) .i. creasti (⁊ opa manuũ tuarũ sunt celi) Gor. ⁊ dicunt̄ celi specialiter opa manuũ eius. qꝛ in ipsis maxime relucet eius potẽtia ⁊ bonitas. Potẽtia in magnitudine bonitas ĩ vtilitate (Ipsi celi peribũt) quantũ ad formã nõ quãtũ ad substantiã (tu aũt p̄manebis) .s. imutabilis (⁊ oẽs) celi aerei (ut vestimentũ veterascent) Gor. id est ad interitũ accedẽt (⁊ velut amictũ mutab̄ eos ⁊ mutabũtur) in nouã figurã. Vnde Apoc̄. xxi. Vidi celos nouos ⁊ terrã nouã (Tu aũt) .s. deꝰ fili (idẽ ipse es) oĩno imutabil̄ (et ãni tui ñ deficiẽt) .i. eternitas tua nõ habet finem.

¶ Initiũ sancti euãgelij scd̄ꝫ Iohẽz.

In p̄ncipio erat verbũ et verbũ erat apud deum. ⁊ deus erat verbũ. Hoc erat in p̄ncipio apud deũ. Omnia p̄ ip̄m facta sunt. ⁊ sine ipso factũ est nihil. Qđ factũ est in ipso vita erat et vita erat lux hoim. ⁊ lux in tenebris lucet. ⁊ tenebre eã nõ cõprehenderũt. Fuit homo missus a dõ cui nomẽ erat Iohẽs. Hic venit in testimoniũ: ut testimoniũ p̄hiberet de lumie ut oẽs crederent p̄ illũ. Non erat ille lux sed ut testimoniũ p̄hiberet de lumine. Erat lux vera q̃ illuminat oẽm hominẽ venientẽ in hũc mundũ. In mũdo erat ⁊ mũdꝰ p̄ ip̄m factꝰ est ⁊ mũdus eũ nõ cognouit. In ꝓpria venit ⁊ sui eũ nõ receperũt. Quotq̃t ãt receperũt eũ dedit eis p̄tãtem filios dei fieri his q̃ credũt in nomie eius. Qui nõ ex sanguinibꝰ neqꝫ ex volũtate carnis neqꝫ ex volũtate viri sed ex deo nati sũt. Et verbũ caro factũ est ⁊ habitabit in nobis. Et vidimꝰ glam eius gloriã q̃si vnigeniti a patre plenũ gratia ⁊ veritatis. :.

In p̄n°. Ioh. i. Tho. Io ¶ Postil· hãnes euãgelista p̄ ɔtẽplatõꝫ ceteris euãgelistis altiꝰ eleuatꝰ v̄sat̄ p̄ncipaliter circa verbi diuinitatẽ cũ alij p̄ncipalr̄ describãt eiꝰ hũanitatẽ. Et p̄° oñt v̄bi excellẽtiã put ɔsistit in seipõ: di. (In p̄n° erãt v̄bũ) Aug. .i. ĩ p̄re erãt fi. vl̄ in eternitate erãt filiꝰ. vl̄ in p̄re filiꝰ eiusdẽ s̄bẽ cũ eo (et v̄bũ erat apd̄ deũ) .i. coetnũ ⁊ coeq̃le ipi (Oia per ip̄ꝫ fcã sũt) Tho. Oia visibilia ⁊ inuisibilia. spũalia ⁊ corpalia (⁊ sĩ ipso factū eſt nihil) Gor. Nā pı̄ finē vbo nihil fac̄ ut dicit (⁊ ſine ipō) ſupple verbo oīa faciēte (factū ē nihil) natuāḱ ſbſiſtēs. ꝓpt pc̄tm̄ qđ deficit ab ente (Qđ factū eſt in ipō) .ſ. verbo .i. icarnatō. paſſio reſurrectō ⁊ hmōi (vita erat) .i. cauſa vite ī nob̄ Joh. xj. Ego ſum reſurrectio ⁊ vita. ſic expoñıẗ ſm Hilariū (⁊ vita erat lux hoim) q2 homines illuīata videre facit Vñ in pš iiij. Signatū eſt ſup nos lumē vult9 tui dñe. Vñ Aug. Sicut eñ nō videt oculus niſi a luce corpali illuīeẗ. ſic nō videt intellect9 niſi a luīe ſpūali illuīeẗ (⁊ lux in tenebris lucet) .ſ. cū pctōreſ facit veā intelligē (et tenebre eā nō ꝯphendeṙt) .i. infidelitatis tenebris obtenebrati ipm̄ nō cognoſcūt (Fuit hō miſſus a deo) Hic po9 ꝯmēdatio p̄curſoris .ſ. iohānis baptiſte di. Mal. iij. Mat. xj. Marci. vj. Ecce ego mitto angelū meū añ faciē tuā; qui prepabit viā añ te. (Fuit homo miſſus a dō) .ſ. ad baptiſandū: ⁊ ad p̄dicandū. vñ ea que loq̇tur nō loq̇tur a ſeipō. ſed ex deo qui eū miſit. et iō verba e9 recipiēda ſūt q̄i verba dei. (cui nomē erat iohēs) Tho. Johēs īterp̄taẗ in q̄ eſt grā ⁊ iō ꝯpetebat ſibi h̄ nomē. quia in ipō maxie grā diuina abundauit Vnde Luce. j. Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſue (Hic venit ī teſtimoniū ut teſtimoniū p̄hiberet de luīe) .i. de iħu xp̄ō nato de v̄gine ſicut radi9 naſcitur a ſole ſine aliq̄ eius corruptōe vel diminutōe. Officiū eñ ei9 fuit teſtificari de xp̄ō qui eſt vera lux. ut e9 teſtimonio illuſtrarēẗ. ⁊ ſic oēs in ipm̄ crederēt. ⁊ hoc eſt quod ſequiẗ. (ut oēs crederent) in ipm̄ (p̄ illū) ſcȝ iohānem (Nō erat ille lux) ſed erat tm̄ teſtis illius luminis. Vnde ſequiẗ (ſed ut teſtimoniū perhiberet de lumine) .i. de incarnata d̄initate. (Erat lux vera) id ē naturalis fons toti9 luminis p̄ eſſentiā (que illuiat omēȝ hominē venientem in hūc mūdum) Ly. quantū in ſe eſt. quia ſi aliq̄ nō ſunt illumiati hoc eſt quia ſe ſubtrahūt ab influentia lucis. Vnde Criſo. Paratus eſt illuiare: ſed nō omes illuminātur q2 claudūt viam luminis. Exemplū de ceco exiſtēte in ſole (In mūdo erat) per preſentiā d̄initatis. quia non eſt locus vbi non eſt deus (et mūdus eū non cognouit) id eſt peccatores mūdialiter viuētes. (In ꝓpria venit) .i. in mūdum qui ſuus eſt. utpote ab eo factus. Beda. In mūdo erat. p̄ d̄initatē. in mūdum venit p̄ incarnatōnem. venire quippe vel abire eſt hūanitatis. ⁊ manere d̄initatis. vnde ſenſus eſt. venit id ē viſibilis apparuit p̄ incarnatōēȝ (⁊ ſui eū nō receperūt) .i. iudei q̄ dicunẗ ſui q2 ſm carnē eāt ex eoꝝ gn̄e. q2 de ſemīe dauid q̄ erat rex in iſrł vſqȝ in ſempiternū. ſm illud Deutro. xxvj. Elegit te dñs in ꝓpłm peculiarem (⁊ ſui) id ē iudei (eū) ſcȝ ꝯditorē ſuū (nō receperūt) .ſ. p̄ fidē. q2 pauci de iudeis ꝯparatiue crediderīt xp̄ō vñ yſa. j. Filios enutriui et exaltaui. ipi āt ſpreuerūt me (Quotq̇t āt) Gor. ſiue iude9 ſiue gētil' ſiue nobil' ſiue ignobil' ſiue femīa ſiue maſcul9 ſiue puer ſiue ſenex (receperīt eū) p̄ fidē credēdo (dedit eis p̄tātē filios dei fieri) p̄ regnatōem baptiſmi q̄ nō daẗ niſi ꝓfitētib9 fidē xp̄i. p̄ ſe. ſi ſint adulti. vł per aliū ſi ſūt puuli. ⁊ in h̄ nota2 mḡna caritas dei. j. Joh. iij. Videte q̄lē caritatē dedit nob̄ pr̄: ut filij dei noiem̄ ⁊ ſim9. ⁊ inſup mag̃ vtilitas hoīs. vñ Rō. viij. Si filij ⁊ hedes. hedes q̄dē dei cohedes āt xp̄i. Sȝ poſt̄ q̄ri. q̄b9 data ſuit hec p̄tās. Jdcirco ſubdit (hijs q̄ credūt in noīe eius) q. dicēt. hijs qui credūt xp̄ȝ eē verū deū ⁊ veꝝ hoiēȝ. Et iſtis data eſt p̄tās ꝙ ſint filij dei. Qȝ āt iſta gn̄atio ſpūalis differt a carnali gn̄atōe oñt euāgeliſta dicens. (Qui nō ex ſanguinib3 neqȝ ex volūtate carnis neqȝ ex volūtate viri. ſed ex deo nati ſt) Gor. q. d. Hij ſt filij dei nō q̄ gn̄anẗ ex ꝯmixtōe ſeminū viri ⁊ feīe: ꝯcupiſcētia vtriuſqȝ mouente actū generationis. sed p gratiā adoptionis in baptismo. vñ Joh. iij. Qđ natū est ex carne caro ē. ⁊ qđ natū ē ex spū spūs est. (Et verbū caro factū est) .i. deꝰ homo factꝰ est (⁊ habitauit in nobis) Tho. id ē int̄ nos homines (Et vidimꝰ glaꝫ eiꝰ) .s. in miraculis. sicut ē suscitatio mortui. illuminatio ceci. ⁊ sic de alijs. ⁊ etiā viderūt ꝙ creature obediebāt ei ad nutū suū. sicut dño ⁊ creatori. Vñ homines in naui existētes cū aplīs qñ orta est magna tēpestas dixerūt ut hētur Math. viij. Qualis ē hic qꝛ venti ⁊ mare obediūt ei Sed posset q̄ri. q̄lem glaꝫ. Rñt euāgelista (glam q̄si vnigeniti a pr̄e) Tho. .i. nō vidimus glaꝫ alioꝝ ꝓphetaꝝ ⁊ scōꝝ. sed talē ⁊ tantā ut decet vnigenitū Quia xp̄s ꝯmuniter miracula faciebat iperādo. ut pꝫ ex decursu euā. p q̄đ oñdebat̄ ꝙ illa faciebat v̓tute ꝓpa sicut deus q̄ est oīpotēs. ꝓpt̄ q̄đ dr̄ Luce. vj. Qꝛ virtus de illo exibat ⁊ sanabat oēs (plenū grā) Tho. ut remittat pc̄tā (⁊ veritatis) ut impleat ꝓmissa.

### Dñica infra oct. natiuitatꝭ dñi epl̄a.

Fratres. Quanto tēpe heres puulꝰ est: nihil differt a s̄uo cū sit dñs oīm. s; sb̄ tutoribꝰ ⁊ actoribꝫ est vsq; ad p̄finitū tēpꝰ a pr̄e. Jta ⁊ nos cū essemꝰ puuli: sb̄ elemētis mūdi huiꝰ eramꝰ s̄uiētes. At vbi venit plenitudo tpis. misit deꝰ filiū suū factū ex muliere: factū sb̄ lege. ut eos q̄ sb̄ lege erāt redimeret. ut adoptionē filioꝝ reciperemus. Qm̄ aūt estis filij dei: misit deꝰ spiritū filij sui in corda vestra clamātem abba pater. Jtaq; iā nō est seruꝰ sed filiꝰ. Qꝛ si filiꝰ: ⁊ heres p deum.

### Postilla.

QVanto tempe heres puulꝰ Ad Gal. iiij. Añ initiū illiꝰ epl̄e scribit scūs paulus: dicēs. Oēs ei vos vnū corpꝰ estis in xp̄o Jhu. Si autē vos xp̄i. ḡ semē abrahe estis s̄m ꝓmissiōez heredes. Tūc stati seq̄t̄ epl̄a hodierna. Qñto tpe heres ⁊c̄. Hāc autē epl̄aꝫ scͥpsit scūs Paulꝰ ad gal. Et galate fuit greci Et galathia est nomē regionis grecie. Ex q̄ illo sacro tpe natiuitatis xp̄i scā mr̄ eccl̄a recolit q̄lr̄ ille q̄ sine estimatōe magnꝰ ē p nobis puulꝰ factꝰ sit. Tūc epl̄a ⁊ euangeliū ꝯcordāt. qꝛ euanᵍᵗ dic̄ quō puer ih̄s crescebat ⁊ ꝯfortabat̄ plenꝰ sapiā ⁊ grā. Sic aplūs paulꝰ in epistola hodierna exp̄mit effectū ⁊ vtilitatē diñe natiuitatꝭ xp̄i s̄m carnē. qꝛ de s̄uitute trāsiuimꝰ i filioꝝ adoptōꝫ sic̄ pꝫ in p̄nti epl̄a Vñ dic̄ (Frēs Quāto tpe) Vin. .i. p q̄ntū tp̄s (heres) .i. filiꝰ cui de iure debet̄ hēditas (puulꝰ est) .s. infra āños discretōis (Nihil differt a s̄uo) Gor. qꝛ ad modū s̄ui cogit̄. nec hꝫ aliquā ptātē reꝝ suaꝝ (cū sit dñs oīm) .s. bonoꝝ paternoꝝ (sed sub tutoribꝫ ⁊ actoribꝫ est) Gor. tutores dicūt̄ q̄ eū tuent̄ ꝯtra aduersarios. Actores q̄ agūt cās eiꝰ (vsq; ad p̄finitū tp̄s a pr̄e) Ly. .i. vsq; ad etatē adultā (Jta ⁊ nos cū essemꝰ puuli) Vin. in intellectu et sapia (sub elemētis mūdi hꝰ eramꝰ s̄uiētes) Gor. .i. subiecti seruituti legis Sciendū ꝙ legales obseruātie fuerūt figure disponētes ad xp̄m. iō in eiꝰ aduētu sūt dimisse. Ergo subdit. (At ubi venit plenitudo tpis) .i. tēpus grē. (misit deꝰ filiū suū) nō āgelū (factū ex muliere) Ly. quātū ad corpꝰ sūptū de maria v̓gine (factū sb̄ lege) q̄a voluit legalia seruare (ut eos q̄ sub lege erāt) Ly. .s. legalibꝫ obseruātijs obligati (redimeret) p passionē suā. (ut adoptōem filiorū reciperemꝰ) .s. p xp̄m qui est naturalis filiꝰ dei (Qm̄ āt estis filij dei misit deꝰ spm̄ filij sui) Ly. .i. spm̄ sanctū q̄ dicitͬ spūs filij: sic̄ ⁊ pr̄is. eo ꝙ ꝓcedit ab vtroq; (in corda vr̄a) p infusionez grē (clamantes abba pr̄) .i. pr̄ noster (itaq; iā nō est seruꝰ sed filiꝰ) Ly. quicūq; fidelr̄ cōfitetur deū pr̄em (Qꝛ si filius) Vin. in p̄nti p grām (⁊ heres) .s. erit in futuro (p deū) qui ip̄m adoptauit in heredem celestis patrie.

## Euangelium.

In illo tẽpe. Erant Joseph ⁊ Maria mater Jhesu mirãtes sup hijs q̃ dicebãt̃ de illo Et bñdixit illis simeõ ⁊ dixit ad mariã mrẽꝫ eiꝰ Ecce positꝰ est hic in ruinã ⁊ in resurrectõeꝫ multoꝝ in israhel. et in signũ cui cõtradicet̃. Et tuã ipsiꝰ aĩaꝫ ptransibit gladiꝰ ut reuelẽt̃ ex multꝭ cordibꝫ cogitatõnes Et erat anna ꝓphetissa filia phanuel de tribu aser. Hec pcesserat in diebꝰ multis ⁊ vixerat cũ viro suo ãnis septẽ a ṽginitate sua. et hec vidua vsqꝫ ad annos octogintaq̃tuor q̃ ñ discedebat de tẽplo: ieiunijs ⁊ obsecratõibꝫ seruiẽs nocte ac die. Et h̃ ipsa hora supueniẽs cõfitebat̃ dño ⁊ loq̃batur de ipõ oĩbꝫ q̃ expectabant redemptionẽ israhel Et ut pfecerunt oĩa secundũ legẽ dñi reuersi sũt ĩ galileã in ciuitatẽ suã nazareth. Puer ãt crescebat ⁊ confortabat̃ plenus sapientia. ⁊ grã dei erat in illo.

## Postilla.

Erant Joseph ⁊ Maria mat̃ ⁊c̃. Lu. ij. Historia huiꝰ euangelij facta est ãno xp̃i primo. iiij. nonas februarij. feria. v. luna. xj. Indictione. iiij. Ante initiuꝫ illius euangelij scribit sanctꝰ Lucas in eodẽ capitulo ꝙ simeõ accepit pueꝝ ihesũ in vlnas suas ⁊ bñdixit deũ ⁊ dixit Nũc dimittis domine seruũ tuũ in pace. Quia viderũt oculi mei salutare tuũ. Tunc seq̃t̃ euangeliũ hodiernũ. Erãt Joseph ⁊ maria mat̃ ihesu Et hodiernũ euãgeliũ factũ ẽ in die purificatõis marie scꝫ q̃dragesimo die pꝰ natiuitatẽ xp̃i Et in h̃ euãgelio ponit̃ parentum xp̃i admiratõ di. (Erant Joseph) q̃ erat pr̃ putatiuꝰ xp̃i. Luc. iij. Et ipse ih̃s erat incipiens quasi ãnoꝝ. xxx. ut putabat̃ filiꝰ Joseph. vl̃ qꝛ nutricius eius. sicut nutrix pueri dr̃ mr̃ eius (et mater Jh̃u) .s. virgo maria. (mirãtes sup hijs que dicebãtur de illo) tunc a symeone ⁊ ab ãna vidua et prius a pastoribꝫ in nocte xp̃i ⁊ ec̃ a tribꝫ regibꝫ quos stella adduxerat ad xp̃m. xiij. die pꝰ natiuitatem xp̃i (⁊ benedixit illis simeon: ⁊ dixit ad mariam mrẽm eius) Dixit aũt ad mariã magis ꝙ̃ ad Joseph. qꝛ magis pertinebat ad eã de puero qꝛ ipa erãt vera mater xp̃i (Ecce hic) .i. xp̃s (positus est) .i. a deo statutus (in ruinaꝫ) Hoꝝ .s. nõ credẽtiũ (⁊ in resurrectõem multoꝝ in isrl̃) .s. credentiũ Jtẽ ĩ ruinam vitioꝝ ⁊ in resurrectõem ṽtutuꝫ (⁊ in signũ) Ly. .s. federis inter hoĩes ⁊ deũ (cui ꝯtradicet̃) a sacerdotibꝫ. legisperitis. phariseis ⁊ multꝭ alijs q̃ negauerũt eũ esse verũ messiã ⁊ mediatorẽ dei ⁊ hoĩm (⁊ tuã ipsiꝰ animã ptrãsibit gladius) .i. dolor dñice passionis. Non enĩ potuit videre filiũ suum crucifigi sine affectu dolorꝭ mĩmi. Damas. Doloẽs quos effugit maria pariens: hos tpe passionis xp̃i sustinuit. Ex hijs pꝫ ꝙ maius fuit martiriũ btẽ ṽginis ꝙ̃ alioꝝ sanctoꝝ. Vñ Jhero. in s̃mone de assũptõe btẽ ṽginis dic̃. Q̃ qꝛ in pte ĩpassibili passa est. plus ꝙ̃ martir fuit. qꝛ alij martires passi sũt in corpore. ista in corde. (ut reuelent̃ ex multis cordibꝫ) .i. ex multoꝝ cordibꝫ (cogitatões) que prius occultabãt̃. Nã tpe passiõis xp̃i patuit malicia sacerdotũ. odiũ iudeorum. duricia ꝓp̃li. incõstantia pilati. auaricia iude. pusillanimitas petri ⁊ alioꝝ aploꝝ. et constãtia fidei in maria virgine. Ly. licet btã ṽgo ex passione filij maxie afflicta fuerit. tñ in fide ĩmobilis ⁊ firmiter stetit. Alij ãt aptĩ ⁊ discipuli quantũcunqꝫ solidi dicũtur dubitasse. ⁊ circa h̃ mutationes diuersarũ cogitatõnũ hũisse vsqꝫ dũ viderẽt xp̃m a mortuis resurrexisse (Et erãt Anna ꝓphetissa) qꝛ donũ ꝓphetie habuit (filia phanuel de tribu aser) Hoꝝ. qui fuit patriarcha ⁊ in nũero. xij. patriarcharũ octauꝰ. Et sic ꝯmendat̃ scã anna a generꝭ nobilitate (⁊ hec) .s. anna (pcesserat in diebus multis: ⁊ vixerat cũ viro suo ãnis septẽ) .s. nõ diuidendo carnẽ suã cuꝫ alio. Vnde Gene. ij. Erũt duo in carne vna (⁊ virginitate ſua) q̄ vſq̄ ad m̄oniū virginitatē ſuā ſeruauit (Et hec vidua vſq̄ ad ānos octogintaquatuor) Hic ɔmēdatur q̄ tam lōgo tempe in viduitate permanſit. et q̄uis iuuenis fuit quādo vir ſu9 obiit tñ aliū virū nō duxit (q̄ nō diſcedebat de tēplo) Ly. non q̄ ibi ſemp eſſet ſed frequēter. ſic de hoīe bñ freq̄ntante ecc̄am dicit̄ cōmuni mō loq̄ndi. talis ſemp eſt in eccl̄a. (ieiuniis) quibȝ incentiuū carnis reprimitur (⁊ obſecratōibus) i. ſacris orōnibȝ q̄bȝ mens in deū eleuat̄ (ſeruiēs nocte ac die) i. valde freq̄nter (Et h̄ ipſa hoā ſupueniens) .i. in die purificatōnis Ly. Nō caſu vel hūana diſpoſitōne ſed ſpūſſancti reuelatōe. ſicut dictuȝ eſt de ſymeone (cōfitebat̄ dn̄o) .i. g̃tias agens deo de tanto beneficio adimpleto (⁊ loquebat̄ de ipſo oīb9 qui expectabant redēptōeȝ iſr̄l) .v. populi iſrahelitici: annūcians eis natū eē ſaluatorē mūdi. (Et ut pfecerūt oia ſcd̄m legem domini) i. Maria ⁊ Joſeph nihil omittētes quāuis nō tenerētur (reuerſi ſunt in galileā in ciuitatē ſuam nazareth. Puer aūt creſcebat) .i. in corpe ſm q̄ homo (et cōfortabatur) augmento roboris quo ad corpus (plenus ſapientia) q̄ in eo ſūt oēs theſauri ſapiētie ⁊ ſcie abſconditi (et grā dei erat in illo) Ly. q̄ totā plenitudinē grē habuit ab inſtanti ſue cōceptōnis. ſed quantum ad oſtēſionē in effectu magis apparebat ſm q̄ ille in corpe creſcebat. Vñ theophilus dic̄. Si xp̄s a iuuentute oēm ſapiam ſuā demōſtraſſet: viſuȝ fuiſſet q̄ſi pdigiuȝ. Q̄ ergo creſcebat nō ſic intelligendū eſt q̄ q̄ſi aliq̄ tēpe min9 habuiſſet de gratia et ſapiētia ⁊ poſtea totū recepit incrementū q̄ plen9 fuit ſ̃mitate ſapientia ⁊ ſcientia ab inſtāti ſue cōceptōnis. Dicit̄ autē notāter (creſcebat) id ē creſcere videbat̄. nunc min9 nūc magis ſuā ſapientiā manifeſtās et gratiā. ſicut ſol q̄uis eiuſdēȝ lucis et caloris ſit mane ſicut in meridie. tamē creſcere ⁊ augeri dicit̄ q̄ad eos q̄ magꝰ ei9 lucē ⁊ calorem papiunt. ¶ Circa pſens euāgeliū vbi dicit̄. ⁊ tuā ipſi9 animā ptrāſibit gladi9. Sciendū q̄ gladi9 ſimeonis nonies ptrāſiuit animā virginis Marie tpe paſſiōis xp̄i Primo qñ audiuit eū captū ⁊ ligatuȝ eē a iudeis ⁊ p̄ntatū primo Anne poſtmodū Cayphe. Scd̄o q̄ndo in die paraſceues hora tercia vidit eū exire crucē portantē int̄ duos latrones ɔſputū. flagellatū coronatū ſpinis. ⁊ ad locū paſſiōis ⁊ mortis ſue feſtinantē. Tercio quādo vidit eū exui nudū ⁊ ſup crucem clauis affigi. Q̄rto qñ vidit eū cū cruce eleuari ⁊ a ſacerdotibȝ iudeorū ⁊ ab aliis p̄tereūtibȝ ei cōuicia īferri Vach q̄ deſtruit tēplū dei ⁊ in triduo reedificat illud. alios ſaluos fecit ſeipſū nō poteſt ſaluū facere Si fili9 dei eſt deſcēdat nūc de cruce Quinto quādo audiuit eū petere potū ⁊ nō potuit habere hauſtū aq̄. ſed datū fuit ſibi vinū felle mixtū. Sexto qñ vidit eū p̄ maximo dolore lacrimātē ⁊ dicētē. De9 me9 de9 me9 ut q̄d me dereliq̄ſti. Septi° quando p̄ mag̃ pena clamās in cruce voce mag̃ emiſit ſpūm. Octauo q̄ndo p9 ei9 morteȝ vidit cor ei9 lācea pforari. Nono qñ corp9 eius ē depoſitū de cruce ⁊ in brachia ſua ſuſcipiens oſclata ē omnia vulnera eius.

¶ In feſto circūciſionis domini.

Frēs Priuſq̄ veniēt fides: ſb lege cuſtodiebamꝰ ɔcluſi ī eā fidē q̄ reuelāda erat. Itaq̄ lex pedagogus nr̄ fuit in xp̄o: ut ex fide iuſtificemur At ubi venit fides: iā nō ſum9 ſb pedagogo. Oēs ei filii dei eſtis p fidē q̄ eſt in xp̄o ihū. Quicūq̄ ei in xp̄o baptizati eſtis: xp̄m induiſtis. Nō eſt iudeus neq̄ grec9: nō eſt ſeru9 neq̄ liber. nō maſculus neq̄ femina. Oms ei vos vnū eſtis in xp̄o ihū. Si aūt vos xp̄i ergo abrahe ſemen eſtis. ſm pmiſſionem heredes.

¶ Poſtilla.

Priuſq̄ veniret. Ad Gal. iij. Añ
initiū illiꝰ ep̄le ſcribit ſcūs pau
lus in eodē c. vi. Credidit Abrahā deo
⁊ reputatū eſt ei ad iuſticiā. Tūc ſe
q̄t ep̄la hodierna. Priuſq̄ veniēt fi
des. qꝛ hodie agit̄ de circūciſiōe dn̄i. ⁊
in veteri teſtamēto hoc fecit circūciſio
qḋ hodie facit baptiſmus. p̄terq̄ qꝛ
ianuā celi nō apuit: ſꝫ circūciſi vene=
rūt ad limbū ſcōꝝ pꝛm. ⁊ ibi expec=
tabāt aduētū xp̄i. Baptiſati āt iam
abſqꝫ vllo medio euolāt ad celū. qḋ ī
hꝰ figuratū fuit. qꝛ xp̄o baptiſato ce=
lū aptū eſt ſup ip̄m. Vn̄ ep̄la ⁊ euā
geliū ꝯcordāt. qꝛ euāgeliū dicit de
circūciſione. Sꝫ ⁊ ī ep̄la hr̄ de circū=
ciſiōe ⁊ baptiſmo q̄ datr̄ loco circūciſi
onis. Vn̄ dicit ap̄ls paulꝰ (Fratres
Priuſq̄ veniēt fides) l. p. i. reuelata ⁊
explicata ī euanᵒ (ſb lege cuſtodie=
bam̄) Gor. i. ſb leg̃ onere (ꝯcluſi) i.
ſtiore leg̃ ligati ⁊ ꝯſtricti: ne defluere=
muſ ad vitia (ī eā fidē q̄ reuelāda erāt)
tp̄e grē. Sciēdū q̄ eadē fides ē in no=
uo ⁊ veteri teſtamēto: ſꝫ in veteri erat
īplicata ⁊ figur̃ velata. in nouo vō ex
plicata ⁊ ṙuelata (itaqꝫ lex pedagogꝰ
nr̄ fuit in xp̄o ihū) h. i. ad xp̄m diſpo
nēs ſic̄ pedagogꝰ diſpōit puer ad v̄=
tutē tp̄e futuro hn̄dam. Paruuloꝝ ē
hr̄e pedagogos q̄uſqꝫ creſcūt ī viros
pfectos q̄ eos ad recta dirigūt tiore
penaꝝ (ut ex fide) l. p. reuelata (iuſti
ficem̄) iuſticia infuſa (At ubi venit fi
des) i. poſtq̄ reuelata eſt fides xp̄i q̄
erat occulta ātiq̄s pr̄ibꝫ (iā nō ſb pe
dagogo ſumꝰ) Gor. i. ſb coactōe ⁊ ſ=
uitute leg̃. ſꝫ ſb āgelica libtate. l. p.
ſic̄ puer adueniēte etate adulta iaꝫ
nō ē ap̄liꝰ ſb pedagogi diſciplina. et
eadē rōe adueniēte euanᵒ ceſſant lega
lia (Oēs eī filij dei eſtis) Gor. n̄ ſui
(p fidē q̄ eſt ī xp̄o ihū) Fides eī facit
filiū dei. Joh. i. Dedᵗ eis ptātē filios
dei fieri hijs q̄ credūt ī noīe eiꝰ (Qui
cūqꝫ eī in xp̄o baptiſati eſtis) i. in fi
de ihū xp̄i (xp̄m induiſtis) i. xp̄o ꝯfor
mes facti eſtis p vite ꝯformitatē ⁊ ſa
cramti ſuſceptōem. Pulcra eī veſtis ē
induī xp̄m. ipē eī ē ſol iuſticie. Vn̄ ī ſig
nū inocētie daᶻ veſtis cādida puero
baptiſato (nō ē iudeꝰ) ſb lege moyſi
(neqꝫ grecꝰ) ſb lege nāli (nō eſt ſer
uꝰ neqꝫ liber) i. melioꝛ ſuo (nō ē ma
ſculꝰ neqꝫ fēia) ſupple dignioꝛ alter
altero in fide xp̄i (Oēs eī vos eſtꝭ vnū)
Gor. n̄ differētes ī aliq̄ (in xᵒ ihū) i. ī fi
de xp̄i (Si āt vos xp̄i) i. p fidē (ḡ abrā
he ſemē eſtis) p imitatōm iuſticie (ſcḋm
ꝓmiſſiōꝫ hēdes) q̄ntū ad futurā btī=
tudinē (in xp̄o ihū dn̄o noſtro).

¶ Seq̄tur euangelium.

In illo tp̄e. Poſtq̄ ꝯſūmati
ſūt dies octo ut circūcidēr̄ pu
er vocatū eſt nomē eiꝰ ihs. Qḋ
vocatū ē ab āgelo p̄uſq̄ in vtero ꝯ
ciperet̄.

¶ Poſtilla

Poſtq̄ conſūmati ſūt dies octo.
Lu. ij. Quo die hꝰ euāgeliū fac=
tū ſit audiꝫ qꝛ die octauo a natiuitate
xp̄i. An̄ initiū illiꝰ euāgelij ſcbᵗ ſcūs
Luc. q̄ venī ſūt paſtoēs poſtq̄ īue=
nerūt Mariā ⁊ Joſeph ⁊ īfantē poſitū
in p̄ſepio glificātes ⁊ laudātes deū ī
oibꝫ q̄ audierāt ⁊ viderāt ſic̄ ad illos
eſt dcm̄ ab angelo. ⁊ tūc ſtatī ſe=
q̄t ī pꝰ euāgeliū. Poſtq̄ ꝯſūmati ſūt
dies octo. Jordanꝰ. Hodierᵐ euāge
liū ē breuiſſiᵐ in lrā ſꝫ pfundiſſiᵐ in
ſnīa. Cui noīe ⁊ vocabulo vocat̄ feſti
uitas iſta nouꝰ ānꝰ ⁊ merito. qꝛ xp̄s
q̄ nouꝰ hō ꝓpt nos factꝰ eſt nouū ſan
guinē in ſua pueritia hodie incepᵗ ef
fundē qn̄ hodie circūciſus fuᵗ. Sciēdū
q̄ hodie r̄colimꝰ tria feſta q̄ tāguᶻ in
euangelio hodierno. Primo octauā
natiuitatis xp̄i ⁊ exp̄mitur notāter
cū dicit (Poſtq̄ ꝯſūmati ſunt dies
octo) i. a natitate xp̄i ꝯputādo. Scḋ
de circūciſionē xp̄i cū dr̄ (ut circūcide
ret̄ puer) Sic em̄ p̄ceptū fuerāt gen̄.
xvij. Infans octo dierū circūcidet̄ in
vob̄ ⁊ maſculꝰ cuiꝰ ꝓpucij caro circū=
ciſa nō fuerit peribit de populis ſuis
qꝛ pactū meū irritū fecit. Et in nouo
teſtamēto baptizamur loco circūciſi
onis vn̄ xp̄s dicit in nouo teſtamēto
Johis. iij. Niſi q̄s renatus fuerit ex

aq̄ ⁊ ſpū ſancto nō p̄t introire in regnū dei. vn̄ Beda ſup p̄nti euāgelio. Illud qḋ nūc facit baptiſmꝰ hoc tūc fecit circūciſio. Tercio ſalutiferi noīs īpoſitōe; cū dr. (vocatū eſt nomē eiꝰ Jhs qḋ vocatū eſt ab angelo p̄uſq̄ in vtero) .ſ. virgis (cōcipet) ut ꝫ Lu. j. vocabis nomē eiꝰ ihm Sic angelus dixit ad ioſeph. ut pꝫ Mat. j. vocab nomē eiꝰ Jhm Ipſe eniꝫ ſaluū faciet ꝓplm ſuum a pccīs eoꝝ. Querit ſi Jhs eſt ſaluator. q̄re tūc omēs homines nō ſaluāꝉ. Rn̄detur ꝙ hoc nō accidit ex pte ihū. ſʒ ex culpa ipſius hoīs. Exēplū iſtiꝰ ponit Prio hic. Si q̄s ad hoſtiū vniꝰ pulſet ⁊ n̄ ingredi pmittiꝉ. hoc nō eſt ex culpa pulſantis ſed nō apiētis. Sic ſi ihs ad hoſtium cordis pulſet ⁊ ſi nō ingrediꝉ nō eſt culpa dei intrare volētis: ſʒ hoīs aditū phibētis Vn̄ Apoc. iij. Ego ſto ad hoſtiū ⁊ pulſo ⁊c̄. Secūdū exēplū ponit dyoniſiꝰ. ꝙ ei ſol domū exiſtē te clauſa feneſtra nō illuiat: nō ē culpa ſolꝭ ſed hoīs feneſtrā nō apientis Tercīū exemplū ponit Anſ. Si ei porrigo tibi pomū ⁊ tu nō accipis. ꝙ nō habes pomū nō eſt culpa mei dātis ſed tui nō accipiētis Jō dr ad hebre. xij. Videte ne q̇d deſit grē dei. ⁊c̄. Cit h̄ euāgeliū vbi dr. Vocatū ē no͛ eius ihs Notandū ꝙ pp̄. iohēs. xxij. ſtatuit ut q̄cūqꝫ in miſſa qn̄ no͛ ihs noiatur: geniculatus fuerit. vel q̄ tūdit pectꝰ. vl' inclinās facit reuerētiaꝫ huic ſcīſſimo noi ihs. obtinet. xx. dies indulgētiaꝝ. put de h̄ hr̄ publicū inſtrumentū lrē autēticē. Itē notandū ꝙ hodie ſm aug. in ſmōe de kal. ianuarij. Pagani olim maximū habuerūt feſtū in kal. ianuarij. Nā ianū crediderūt quendā deū eſſe: ⁊ duas facies ei figurabāt. vnā a pte āte in ſignū futuri āni. et aliā a pte poſt ī ſignū p̄teriti āni. vn̄ ei quidā ſexus veſtes ſuas mutauerūt: alij faciē. alij pecudū veſtes induerūt. alij cāticis luxurioſis cecinerūt. alij auguria ſeruabāt. alij mēſas nocte parabāt: credētes ſacietatē vēturā; fructuū. alij ſtrenas .i. iocula tradiderūt amicis hodie p̄mo mane in ſignū boni anni. q̄ oīa ꝑ xpō dimittere debemꝰ. ⁊ ſtīa circa eccleſias ⁊ dei cultū ꝯplere debemꝰ.

## In Epiphania dn̄i   Iſa. lx.

Surge illuīare ihrlm. q2 venit lumē tuū. ⁊ glā dn̄i ſup te orta eſt. Quia ecce tenebre operiēt trā. ⁊ caligo pplos. Sup te aūt orieꝉ dn̄s. ⁊ glā eiꝰ in te videbiꝉ. Et ambulabūt gētes in luīe tuo. ⁊ reges in ſplendore ortꝰ tui. Leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide: oēs iſti congregati ſunt: venerunt tibi. Filij tui de longe venient. ⁊ filie tue de latere ſurgent. Tūc videbis ⁊ afflues. ⁊ mirabiꝉ ⁊ dilatabiꝉ cor tuum: quādo cōuerſa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gētium venerit tibi. Inundatio camelorū opiet te dromedarij madian ⁊ epha. Oēs de ſaba venient. aurū ⁊ thus deferentes: ⁊ laudē domino annūciantes.

## Poſtilla.

Surge illuminare iheruſalē ⁊c̄. Ante initiū illiꝰ ꝓphetie ſcribit Iſa. ꝓpheta: d. Spiritus meꝰ qui eſt in te ⁊ verba mea que poſui ī ore tuo non recedant de ore tuo ⁊ de ore ſeminis tui dicit dominꝰ ammō ⁊ vſqꝫ in ſempiternū. Tūc ſtatim ſeq̇tur ꝓphetia iſta. Surge illuminare iheruſalem ⁊c̄. Feſtū hodiernū a fidelibꝰ epiphania nūcupatur ꝓ eo ꝙ ſtella tribꝰ regibꝰ apparuit. ipſoſqꝫ ad p̄ſepium dn̄i. xiij. die a natiuitate criſti pduxit. ⁊ dicitur ab epi qḋ eſt ſupra ⁊ phanos apparitio. ⁊ de hoc agitur in epl'a ⁊ euangelio. nā in euāgelio dr̄ Obtulerūt magi dn̄o auꝝ thus ⁊ mirrā. Sic in epl'a dr. Omēs de ſaba venient auꝝ ⁊ thus deferentes ⁊ laudē dn̄o annūciantes. Vnde dicit Iſa. ꝓphetando de natiuitate xpi (O ihrlm) .i. eccl'a (ſurge illuiare q2 venit lumen tuū) .i. xp̄s ho factꝰ q̄ eſt lux vera q̄ illuiat oēm hominē venientē in hūc mūdū. Ioh. j. q2 nullꝰ illumiaꝉ n̄ p ipſū (⁊ gl'a dn̄i) .i. filiꝰ dei q̄ eſt gl'a pr̄is (ſup te orta eſt) Ly. natura humana aſſūpta (q2 ecce tenebre) īfidelitatꝭ ⁊ ignorātie hic ī pn̄ti (opient terrā) .i. hoīes carnales terrena amantes (et caligo) pctōꝝ (ꝑplos) (Sup te aūt orietꝛ dn̄s) quaſi ſol verus (et gl'a eꝰ in te videbiꝛ) Ly. ꝑ opatōem miraculoꝝ .ſ. leproſoꝝ mūdatōem cecoꝝ illumīatōꝫ. mortuoꝝ reſuſcitationē (Et ābulabūt gētes) q̄ priꝰ in tenebrꝭ ydolatrie fuerīt (in lūie tuo) Ly. .i. in lumīe fidei xp̄iane (et reges ī ſplendore ortus tui) h' ītelligitꝛ de tribus regibꝫ venientibꝫ orta ſtella ad p̄ſepiū dn̄i (Leua ī circuitu) .ſ. mūdi (oculos tuos) Ly. ad oēm ſcꝫ ꝑtem orbis reſpectu ihrl'm: vbi p̄mo p̄dicatū eſt euāgeliū: ⁊ inde alibi ꝑ xp̄i diſcipulos (⁊ vide) .i. intellige (oīs iſti ꝯgregati ſūt) fideles in vnitate fidei xp̄iane (Venerūt tibi) (filij tui) ꝑuiti in xp̄o (de longe venient ⁊ filie tue de latere) Ly. .i. de prope (ſurgēt) pforato in cruce chriſti latere effluxit ſanguis redemptōīs ⁊ aqua baptiſmi de quibus facta eſt eccleſia: ſicut ex coſta lateris ade facta eſt eua mater oīm hominū viuentiū (Tunc videbis) Ly. multitudinē credentiū. (⁊ afflues) ꝯſolatōibꝫ ſ'mis (et mirabitur) Ly. ex tam ueloci multiplicatōne: quia a tempe apoſtoloꝝ deriuata eſt fides xp̄iana ad oēs ꝑtes terre habitabiles. (⁊ dilatabitꝛ cor tuū) p̄ gaudio (qn̄ ꝯuerſa fuerit ad te multitudo maris) Lyra. id eſt hītantiū in inſulis. ſicut pꝫ de ſicilia ⁊ anglia ⁊ alijs inſulis maris (fortitudo gentiū) Ly. .i. imperiū romanū qđ toti mūdo dn̄abitꝛ. (venerit tibi) qđ impletū eſt tp̄e Cōſtātini impatoris (Inūdatio camelorū operiet te) Ly. Conſtantinꝰ enī impator ⁊ multi alij potētes exēplo impatorꝭ animati diuitias multas ꝑ orbē miſerīt ſup talia aīalia ad ſuſtentatōeꝫ miniſtroꝝ eccl'ie ⁊ pauperꝝ xp̄i ⁊ edificationē eccl'iaꝝ (dromedarij madian et epha) Madian ⁊ epha regiones ſūt trās arabiā et in iſtis terris naſcūtꝛ talia aīalia fortia. Et dromedarius eſt aīal camelo minꝰ ſed velociꝰ. vn̄ Plinius dicit q̄ dromedariꝰ eſt aīal velociſſimū gracile ⁊ neruoſū camelo minꝰ: ſed longa hn̄s crura ⁊ longiſſimū paſſū tā ſuauē: q̄ ſine maḡ labore ſuo ⁊ ſine fatigatōe maḡ dromedātis .i. inſidentis ipi aīali: currit infra diē naturalem centū ꝑua miliaria. cortices arboꝝ comedit. ⁊ fenū modicū vl' oſſa dactiloꝝ. hꝭ ille (Oēs de ſaba venient auꝝ ⁊ thus deferētes ⁊ laudē dn̄o ānūciantes) Ly. h' impletū eſt in illis tribꝫ regibꝫ q̄ venerīt ad adorandū xp̄m natū.

### Seq̄tur euāgelium

CVm natus eſſet Ih̄s in bethleem iude ī diebꝫ herodis regꝭ Ecce magi venerūt ab oriēte ihrl'mā: di. Vbi eſt q̄ natꝰ eſt rex iudeoꝝ? Vidimꝰ enī ſtellā eius in oriēte. ⁊ venimꝰ adorare eū. Audiēs aūt herodes rex turbatꝰ ē: ⁊ oīs ihrl'ma cū illo Et ꝯgregās oēs pn̄cipes ſacerdotū ⁊ ſcribas ꝑpl'i ſciſcitabatꝛ ab eis vbi xp̄s naſcētur. At illi dixerūt ei. In bethleē iude Sic enī ſcriptū ē ꝑ ꝓphetā. Et tu bethleē terra iuda neq̄ q̄ minima es in pn̄cipibꝫ iuda Ex te ei exiet dux q̄ regat ꝑplm meū iſrl' Tūc herodes clā vocatis magis diligentꝛ didicit ab eis tp̄s ſtelle q̄ apparuit eis Et mittēs illos in bethleē dixit. Ite ⁊ interrogate diligēter de puero. et cū inueneritꝭ renūciate m̄. ut ⁊ ego veniēs adorē eū. Qui cū audiſſēt regē abierūt. Et ecce ſtella quā viderāt ī oriēte āncedebat eos vſq3 dū veniēs ſtaret ſupra vbi erat puer. videntes aūt ſtellā: gauiſi ſūt gaudio magno valde Et intrātes domū inuenerīt puerum cū maria mr̄e eꝰ Et ꝓcidētes adorauerīt eū. et apertis theſaurꝭ ſuis obtulerīt ei mūera auꝝ thꝰ ⁊ mirrā. Et rn̄ſo accepto ī ſōmis ne redirēt ad herodē: ꝑ aliā viā reuſi ſūt ī regiōꝫ ſuā.

### Poſtilla.

IN illo tp̄e. Cū intrret ih̄s ī domū cuiuſdā pn̄cipis phariſeorum ſabbato māducarē panē. ⁊ ipi obſuabant eū. Et ecce hō q̇dā ydropicꝰ erat añ illuꝫ. Et rn̄s ih̄s dixᵗ ad legiſpitos ⁊ phariſeos: di. Si lꝫ ſabbato curarē. At illi tacuert. Ipſe do apprehenſū ſanauit euꝫ ac dimiſit. Et rn̄s ad illos dixit. Cuiꝰ vr̄m aſinꝰ aut bos in puteū cadet: ⁊ nō ꝯtinuo extrahet illū die ſabbati. Et nō poterāt ad hec rn̄dere illi. Dicebat autē ⁊ ad īuitatos parabolaꝫ intendēs quō primos accubitus eligerēt dicens ad illos. Cū īuitatus fueris ad nuptias nō diſcūbas ī p̄º loco ne forte honoratior te ſit īuitatus ab illo. Et veniens is q̇ te ⁊ illū vocauit: dicat tibi. da huic locū. et tūc īcipias cū rubore nouiſſiᵐ locū tenē. Sꝫ cum vocatꝰ fueris vade ⁊ recūbe in nouiſſimo loco. ut cuꝫ venerit q̇ te īuitauit: dicat tibi. Amice aſcēde ſupiꝰ. Tūc erit tibi gloia corā ſimul diſcūbētibꝫ. q̄ꝛ oīs q̇ ſe exaltat hūiliabiᵗ. et q̇ ſe hūiliat exaltabit᷑.

## ¶ Poſtilla.

CVm intraret Ih̄s in domū. Lu. xiiij. Math. xij. Hoc ſignum ⁊ hāc phariſeoꝝ increpatōeꝫ fecit dn̄s Ih̄s āno eius xxxij. ſabbato. v. nōs octobris. luna. xiij. indictōne. v. Añ initiū illiꝰ euāgelij ſcribit ſanctꝰ lu. in p̄cedēti. ca. ꝙ q̇dā dixit ad ih̄m dn̄e ſi pauci ſūt q̇ ſaluāt᷑. Ipē autē dixit ad illos. Cōtēdite intrare ꝑ anguſtaꝫ portaꝫ. q̄ꝛ multi dico vobꝫ q̄rēt intrarē ⁊ nō poterūt. Cū āt intrauerit ꝑ̄familias ⁊ clauſerit hoſtiū īcipiet᷑ foris ſtare ⁊ pulſare ad hoſtium: di. dn̄e aperi nobis. ⁊ rn̄dēs dicꝫ vobis Neſcio vos. vn̄ ſit᷑. Tūc īcipiet᷑ dicē. Māducauiꝰ corā te ⁊ bibimus. ⁊ in plateis nr̄is docuiſti. Et dicet vobꝫ neſcio vos vnde ſit᷑. Diſcedite a me oēs operarij iniq̇tatis. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dētiuꝫ. Et tūc poſtmodū ſeq̇t᷑ euāgeliū hodiernum (Cum intrarēt Ih̄s in domū cuiuſdam pn̄cipis phariſeorum) Gor. i. ī domo principis phariſeoꝝ ⁊ alioꝝ aduſarioꝝ ſuoꝝ comedᵗ xp̄s ⁊ hꝰ ꝓpt᷑ eoꝝ edificatōꝫ ⁊ ꝓpt᷑ pfcē caritatis oñſiōꝫ q̄ eſt diligere īimicos utꝫ lu. vj. Diligite īimicos vr̄os ⁊c. (ſabbato māducarē panē) Gor. noīe panis vite neceſſaria deſignātur. Intrauit autē ad comedendū non fercula voluptatis ſed paneꝫ neceſſitatis. Lyra. iſte princeps phariſeorum inuitauit chriſtū malicioſe ⁊ non ex deuotione. vn̄ ſubditur (⁊ ipſi obſuabāt euꝫ) Ly. attendētes ſi int᷑ epulas aliq̇d diceret aut facēt vn̄ poſſent eū accuſare (Et ecce homo q̇dam idropicus) Ly. ydropicꝰ dr̄ ab ydor qđ eſt aqua q̄ꝛ ydropicꝰ habꝫ aquaꝫ inter carnē ⁊ cutē. ⁊ hoc eſt ꝓpriū ydropici ꝙ q̄nto plus bibit tāto plꝰ ſitit (erāt ante illuꝫ) Cirillꝰ dicit. ꝙ ille nō petebat a xp̄o ſanari timore phariſeoꝝ. ſed ſolū ſe oñdebat ut xp̄s eū vidēs eius miſereret᷑ (Et rn̄dēs Ih̄s dixit ad legiſpitos ⁊ phariſeos) Li. non rn̄dit ipſis ad verba. q̄ꝛ queſtio nō ꝓponebat᷑ ſed ad cogitatōes phariſeoruꝫ ⁊ legiſpitoꝝ rn̄dit. vn̄ Beda. ꝑ hoc oñdit ſe eſſe verū deū q̇ ſolꝰ nouit corda hoīm (dicēs Si licet ſabbato curarē) Gor. i. ſi licet opa pietatis ⁊ miſericordie facē ſine ſabbati violatōe cuiuſmodi opꝰ eſt infirmū curare (At illi tacuerūt) Beda. merito tacēt q̇ ꝯtra se dictū quicq̄d dixerint vidēt. Si enī licet sabbato curare: cur ipsū obseruāt. si nō licet cur ꝑecoa curāt (Ipse vero apphēsum sanauit eū) Ly. qꝛ p impositionē manꝰ ipsū curauit et postea manū retraxit (ac dimisit) scilꝫ abire corpalit̄ sanatuꝫ (Et rn̄dēs ad illos dixit. Cuiꝰ vestrū asinꝰ aut bos in puteū cadet et nō cōtinuo extrahet illū in die sabbati) Gor. q. d. Si sabbatū nō frāgitis sbueniēdo pecoribꝰ q̄ntominꝰ frāgo ipsū subueniēdo hoībꝰ (Et nō poterāt ad hec rn̄dere illi) Li. tāq̄ ꝯfusi euidēti ratione. Sed notādū qꝛ magna fuit phariseorū malitia. qꝛ plus curabāt de aīalibꝰ q̄ de hoibus. sic et multi plebani et p̄lati maiorē curā habēt de rebꝰ tpalibꝰ q̄ de aīabꝰ. vn̄ Criso. Cadit asina et est qui subleuet. perit anima et nō est q̄ recogitet (Dicebat autē ad īuitatos parabolā) Ly. ꝯfutando eos de superbia et ambitōne indebita honorū (intendēs quō p̄mos accubitꝰ eligerēt) Gor. id est quō de primis accubitis obtinēdis laboraret: dicens ad illos (Cū inuitatꝰ fueris ad nuptias) Cirillus. celestes. de q̄bus dicit Apoc. xix Bti q̄ ad cenā nuptiarū agni vocati sūt (non discūbas in p̄mo loco) Ille in primo loco discūbit qui se in corde p̄fert aliis. sicut phariseus qui dixit nō sū sicut ceteri hominū. Scdo dignitatē seu p̄laturā indebite ambiendo sicut lucifer vnde Isa. xiiij. Ero simil altissimo (ne forte honoratior te sit īuitatꝰ ab illo et veniēs is qui te et illū vocauit dicat tibi. da huic locū. et tc̄ incipias cū rubore) id est cū ꝯfusione (nouissimuꝫ locū tenere. Sed cū vocatus fueris ad nuptias vade et recūbe in nouissimo) .i. minoreꝫ te aliis reputando. sicut apls fecit q̄ dixit Ego sū minimꝰ apostolorū (ut cū venerit qui te inuitauit. dicat tibi Amice ascende superius) .i. in p̄nti per gratiā et in futuro p gloriam (Tunc erit tibi gloria corā simul discūbentibꝫ) .i. in eadeꝫ beatitudine quiescētibꝰ (q̄a omīs q̄ se exaltat) .i. supbiēdo (humiliabit̄) necessario hic vel in futuro. Vn̄ ꝑuer. xxix. Supbum sequit̄ humilitas (et q̄ se humiliat) voluntarie ex corde (exaltabitur) hic vel in futuro. sicut ondit btūs Grego. q̄druplici exēplo dicēs. Pupilla oculi q̄nto est nigrior tāto lucidior. Cādela q̄ntomagis inclinat̄ tāto maiori luce ꝑfundit̄. Arbor quāto pfūdiꝰ radicat̄ tāto altiꝰ crescit. Aq̄ q̄ntomagis descēdit deorsū tātomagis ascendit sursuꝫ. Sic homo quantomagis vilescit sibi et inclinat̄ p humilitatē: tātomagis lumine gratie et glorie replet̄. et quantomagis descēdit humiliādo seipsū. tātomagis ascēdit ad deū ¶ Circa p̄ns euangelium. vbi dr̄. Et ipsi obseruabāt eū. Querit̄ hic an xp̄s debuit tenere vitā solitariaꝫ. aut socialē. Rn̄deo qꝛ ꝯsiderato fine ad queꝫ veneāt tūc magis decuit eū tenē vitā socialē q̄ solitariā. venerāt ei p° ad ondēdū se verū deū et hoiem. q̄d oportebat opibꝰ appbaē et sic vitā socialē tenē. Scdo veneāt ad nos īformandū ī moribꝰ et exēplis q̄ nō potuisset solitarie sp stādo quare decuit eū vitā socialē tenē Tercio venerat ad liberandū nos tā ab īfirmitatibꝰ corpalibꝰ q̄ spūalibꝰ. q̄re decuit eū talē vitā tenē: ut se domesticū hoibꝰ ondēdo eos attraheret ad bonuꝫ verbo exēplo et ꝯsideratōe. et sic eū fecisse ondūt euāgeliste d. qꝛ ibat de cīitate in cīitatē: et ī castella et in villas. et de iudea in galileā et ecōuerso. et multū laborabat p̄dicādo. īfirmos sanādo et miracula faciendo: ut daret posteris intelligē se talē vitā elegisse q̄ eēt nob̄ magꝭ vtile et meliora vtiliora tutior. qꝛ fr̄ q̄ iuuat̄ a frē: ē ut cītas munita et firma. et ve hoi soli. q̄a si ceciderit nō hꝫ subleuantē se.

### Dn̄ica. xviij. .i. Cor. i.

Frēs Gr̄as ago deo meo semp p vobis. in grā dei q̄ data est vobis in xp̄o Ihū. qꝛ in oībꝰ diuites facti estis in illo: in omni verbo et in omni sciētia. sicut testimoniū xp̄i cōfirmatū eſt in vob. ita ut nihil vobis deſit in vlla grā. expectātibz reuelatōez dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i. q̄ ⁊ cōfirmabit vos vſqz in finem ſine crimine. in die aduentus dn̄i noſtri Ih̄u xp̄i.

## Poſtilla.

Gratias ago deo meo ſemp. ⁊c. Ante initiū illi9 ep̄le ſcribit apoſtol9 ſalutās amicabilr̄ cor. d. Gratia vobis ⁊ pax a deo patre nr̄o ⁊ dn̄o iheſu xp̄o. Tūc ſtatī ſeq̄r p̄ſes ep̄la q̄ cōcordat cū euāgelio hodierno in hoc qr in euāgelio legit̄ de magno mādato dilectionis qd̄ abſqz dono grē p̄ficī nō pōt. ut ergo hoc mādatū magnū implere poſſum9 tūc ap̄ls paulus in ep̄la hodierna nos inducit ad grāz obtinēdaz. ⁊ principalr̄ p grāz actōnes. qr grāz actō ē ad pl9 dandū inuitatō. ergo ap̄ls dic̄ in ep̄la (Grās ago) Glo. corde ore ⁊ ope. Hic ē mos ap̄li. qr fere om̄s ep̄las ſuas incipit a grāz actōe (deo meo ſemp) Li. i. in oībz horis mihi ad orādū cōgruis ⁊ deputatis (p vob) ſicut p filijs meis cariſſimis (in grā dei) i. ꝓpt̄ gratiaz dei (q̄ data ē vobis in xp̄o ih̄u) Vm. i. ex merit̄ ⁊ v̄tute ih̄u xp̄i (qr in oībz) ſ. ptinētib9 ad ſalutē. (diuites facti eſtis in illo) ſ. xp̄o (in oī v̄bo) doct̄ne (⁊ in oī ſciētia) i. intelligentia ſcripturaz (ſicut teſtimoniū xp̄i) Gor. i. teſtimoniū nr̄m de xp̄o (cōfirmatū eſt in vobis) i. a vobis firmit̄ retentū (ita ut nihil vobis deſit in illa grā) ad ſalutē nc̄aria (expectātibz reuelatōez) Gor. i. clarā viſionē ⁊ cognitōem (dn̄i nr̄i iheſu xp̄i) q̄ erit in p̄ria celeſti (q̄ ⁊ cōfirmabit vos) in donis collatis (vſqz in finē) i. vſqz ad mortē. ut ſit (ſine crimie) Ly. i. ſine pc̄ō mortali qr peccatuz veniale n̄ pōt eē a p̄fectis oīo vitari. vn̄ pu. xxiiij. Septies in die cadit iuſt9 ⁊ reſurget (ī die aduēt9 dn̄i nr̄i iheſu xp̄i) i. in die iudicij. qr q̄ ſīn crimie mortali in die mortis inuenit̄: ī die iudicij ſine crimine p̄ntabit̄.

## Euangelium.

In illo tp̄e. Phaiſei audiētes q̄ ih̄s ſilētiū iposuiſſ& ſaduceis: cōuenerūt in vnū. ⁊ interrogauit eū vnus ex eis legiſdoctor tēptās eū. Mḡr. qd̄ ē mādatū magnū in lege? Ait illi ih̄s. Diliges dn̄z deū tuū ex toto corde tuo ⁊ ī tō aīa tua ⁊ ī tō mēte tua. Hoc ē maxim ⁊ p̄m mādatū. Scd̄z āt ſile ē huic. Diliges pximū tuū ſic teip̄z. In iſtis duob9 mādatis vniuſa lex pēdet ⁊ p̄phe. Cōgregatis aūt phariſeis interrogauit eos ih̄s d. Qd̄ vob videt̄ de xp̄o cui9 fili9 eſt? Dicūt ei dd̄. Ait ill̄. Quō ḡ dd̄ in ſpiritu vocat eū dn̄m: di. Dixit dn̄s dn̄o meo ſede a dextris meis. Donec ponā inimicos tuos ſcabellū pedū tuorū. Si ḡ dd̄ vocat eū dn̄m quō fili9 ei9 ē? Et nemo poterat ei r̄ndere v̄bū: neqz auſus fuit quiſq̄ ex illa die eū āpli9 interrogare.

## Poſtilla

Phariſei audiētes q̄ Ih̄s Mat. xxij. mar. xij. Lu. x. Hanc diſputatōnē dn̄i cū phariſeis fecit dn̄s iheſus āno eius. xxxiij. xj. kal. ap̄l feria iij. luna. xij. indc̄oe. vj. Li. Pro itellc̄u illi9 euāgelij nōndū q̄ int̄ iudeos q̄daz erāt q̄ vocabant̄ ſaducei q̄ recipiebāt tm̄ q̄nqz libroſ moiſi ⁊ dicebāt aīaz hōis mortalē. ⁊ p cōſequēs negabāt reſurrectōz. Et iſti ſaducei acceſſerūt ad iheſū ⁊ interrogauerūt eū. d. Deut. xxv. moiſes dixit Si quis mortuus fuerit nō hn̄s filiū: ducat frat̄ vxorē ei9 ⁊ ſuſcitet ſemē fr̄is ſui Erāt āt apd̄ nos ſepteʒ fr̄es: ⁊ p̄m9 vxore ducta defunct9 ē. ⁊ nō hn̄s ſemē reliq̄t vxorē fr̄i ſuo. ſilr̄ ſecūdus: tercius vſqz ad ſeptimū. Nouiſſīe āt oīm ⁊ mulier defūcta ē. In reſurrectōne ergo cui9 erit de ſeptē vxor? oēs eīm habuerūt eā. Scriptū eſt deut. xxv Cū hītauerint fr̄es ſil. ⁊ vn9 eorū abſqz liberis mortu9 fuerit: vxor defuncti n̄ nubet alteri: ſed accipiet eaz fr̄ ei9. et ſuſcitabit ſemē fr̄is ſui. ⁊ p̄mogenitū ex ea filiū: noīe illi9 appellabit: ut nō deleat̄ nomē eius ex iſr̄l. Cū autē noluerit accipe vxorē fr̄is ſui que ei lege debetur: pget mulier ad portaʒ ãtatis: ⁊ interpellabit maiores natu: diceretqꝫ. Nō vult frat̄ viri mei ſuſcitaē ſemē fr̄is ſui ī iſrl̄. nec me in cōiugiū ſumē. Staticqꝫ accerſiri eū facientes ⁊ interrogabūt. Si rn̄derit. nolo eā vxorē accipere: accedet mulier ad eū corā ſeniorib꞉ ⁊ tollet calciamētū de pede ei⁹. ſpuetqꝫ ī faciē illi⁹ ⁊ dicet. Sic fiet hōi q̄ nō edificat domū fr̄is ſui: et vocabit̄ nomē illi⁹ in iſrl̄ dom⁹ diſcalciati. Rn̄dēs āt ih̄s ait ill̄ Erratis neſciētes ſcripturas neqꝫ virtutē dei. In reſurrectiōe eī neqꝫ nubēt Ly. i. viri n̄ accipient vxores: neqꝫ nubētur. i. mulieres nō accipiētur a viris ſed erunt ſicut angeli dei. ſ. incorruptibiles ⁊ immortales. Gor. in hoc ſcl̄o morimur q̄ naſcimur: ſed in futura vita null⁹ morit̄ q̄ null⁹ naſcit̄. Jō p⁹ reſurrectionē gn̄alem hoīes nō nubēt neqꝫ nubētur. Et audiētes turbe mirabātur ī doctrina ei⁹. ſ. ꝙ ita prudēter rn̄deret Tūc ſtatim ſeqtur euāgeliū hodiernū. (Pharisei autē audiētes ꝙ ih̄s ſilentiū impoſuiſſet ſaduceis) Ly. licet eñ pharisei ꝯtrarij eēnt ſaduceis ī opione de aīe imortalitate ⁊ de mortuoꝝ reſurrectiōe: tn̄ cōueniebāt cum eis in xp̄i pſecutiōe. ⁊ iō audiētes ꝙ ſilētiū impoſuiſſet eis (ꝯuenerūt ī vnū) Ly. ad inuadēdū xp̄ꝫ actio⁹ ⁊ ad ipſū venerūt in mag̃ multitudīe ad magis eū terrēdū (⁊ interrogauit eū vn⁹ ex eis legiſ doctor) Ly. ut ſi ꝯfuſus eſſ ſol⁹ videret̄ ꝯfundi. ſi āt vincerēt oēs viderēt̄ eū viciſſe ſm ꝙ dicit Cris. (Tēptās euꝫ) ſupple cape in ſermōe (Magiſter. qd̄ eſt mandatum magnū in lege?) vn̄ Cris. Magiſtꝝ vocat cui⁹ nō vult eē diſcipulus (Ait illi iheſus Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo) Jh̄s. ex toto corde ut oēs cogitationes in deū deflectas (⁊ in tota aīa tua) ut omnes affectiones in deū conuertas (⁊ in tota mēte tua) ut omēs qnqꝫ ſenſus xp̄ō vacēt. vn̄ Ber. toto corde. id eſt ſapiēter. tota anima id eſt dulciter. tota mēte: id ē fortiter. (Hoc eſt maximū ⁊ primū mandatū). ſ. in dignitate. qr caritas maior eſt ⁊ dignior omnib꞉ virtutib꞉ (Scd̄m āt eſt ſimile huic Diliges proximū tuū ſicut teipſū) Li. id eſt ad eādem btitudinē ad quā dilig̃ te. (In his duob꞉ mādatis vniuerſa lex pendet ⁊ ꝓphete) Ly. qr oīa precepta ordinātur ad dilectionē dei ⁊ proximi quia tria precepta ꝑme tabule pertinent ad dilectōnem dei ⁊ precepta ſecunde tabule ꝑtinent ad dilectōem proximi Vn̄ Cris. Nō poteſt hominē odire q̄ deū amat. nec poteſt deū amare q̄ hominē odit. Magiſter i. ij. diſ. xxviij Qui deū diligit nō poteſt eū contēnere quē de⁹ precepͭ diligi. ⁊ q̄ diligit pxiᵐ: quid ī eo diligͭ niſi deū Igitur vera ē. (Cōgregatis āt phariſeis) gor. ſ. qui ad tēptādū venerāt (interrogauit eos ih̄s dicēs. Quid vob̄ videt̄ de xp̄ō) i. meſſia ī lege ꝓmiſſo (cu⁹ fili⁹ ē Dicūt ei. Dauid). ſic dr̄ in pſ̄. cxxxi. De fructu vētris tui ponā ſup ſedē tuā (Ait illis. Quō ergo dd̄ in ſpū) i. ſpū ſcō inſpirat⁹ (vocat eū dn̄m dicēs) in pſ̄. cix. (dixit dn̄s dn̄o meo) id ē filio ſuo (ſede a dextris meis) i. in eq̄litate mea ſm ꝙ de⁹ vl̄ in potiorib꞉ bonis ꝑ oīb⁹ creaturis (Donec ponā inimicos tuos ſcabellū pedum tuoꝝ) Ly. iſtd̄ ꝯplebit̄ in iudiciō qn̄ oīa pfecte ſbꝫcta erūt hōi xp̄ō (Si ergo dd̄ vocat eū dn̄m quō fili⁹ ei⁹ eſt?) Gor. eſt eñ xp̄s fili⁹ dauid ⁊ etiā dn̄s dauid. fili⁹ dd̄ fuit ſm carnē. ⁊ dn̄s dauid ſm deitatē ⁊ ſic reſtat ꝙ xp̄iſtus eſt deus ⁊ homo (Et nemo poterāt ei rn̄dere v̄buꝫ) Nō īmerito cū ſeruo xp̄i ſcilꝫ ſancto Stephano diſputanti iudei ⁊ phariſei nō poterāt reſiſtere nec ꝯtradicere ſpiritui q̄ in eo loq̄bat̄. multo min⁹ xp̄o qui eſt fons ſapiētie ⁊ grē (neqꝫ auſus fuit quiſq̄ ex illa die eū amplius interrogare) ꝓpter timorē ſimilis cōfutationis. vn̄ Jhero. Cōfutati ſmonib⁹ vltra nō interrogāt Ex his oñdit̄ ꝙ ñ ex deſiderio diſcēdi ſed ex malicia tēptādi eū interrogabāt ¶ Cit pn̄s euangeliū vbi dr̄. Diliges pxiᵐ tuū ſicut teipſū· dicit Hugo de prato ꝙ ordo caritatis eſt ut de⁹ ſuper oīa diligat² Scdō animā ꝓpriā· Tercio aīa ꝓximi· ⁊ magis q̄ vitā ꝓpriā· Vnde hic querit᷑ vtꝝ mori ꝓ ſalute ꝓximi ſit de neceſſitate ſalutis· Rn̄det Hugo de prato· ꝙ mori ꝓ ꝓximo eſt ꝑfecte caritatis que nō req̇ritur de neceſſitate ſalutis ſed ſolū in viris ꝑfectis· hoc multi doctores tenent· Vnde Hugo· Non tenemur ita ꝑfectā habere caritatē ſicut xp̄s habuit· nec cōſilia que xp̄us obſeruauit tenemur obſeruare: ſed hoc eſt maius ⁊ perfectius ꝙ vnus alteri poſſit facere ſcilꝫ mori pro ipſo· vnde Joh̄· xv· Maiorem caritatē nemo habet ut animā ſuam ponat q̊s ꝓ amicis ſuis· vnde Auguſ· Perfecta iſta caritas eſt ut ꝑatus ſit q̊s mori ꝓ fratribꝫ ſuis·

### Dominica· xix· Epheſioꝝ· iiij·

FRatres· Renouamini ſpū mentis veſtre· ⁊ induite nouū hominē q̄ ſm deū creatus eſt· in iuſticia ⁊ ſanctitate veritatis· Propt᷑ qđ deponētes mēdaciū: loq̇mini veritatē vnuſq̇ſqꝫ cū ꝓximo ſuo· q̄m ſum⁹ inuicē mēbra Iraſcimini ⁊ nolite peccare· Sol nō occidat ſup iracūdiā veſtrā Nolite locū dare dyabo Qui furabat᷑: iā nō furet᷑· magis aūt laboret opando maib⁹ ſuis qđ bonū ē: ut habeat vn̄ t̄buat nccitatē patiēti·

### Poſtilla·

REnouamini ſpiritu mētis· ⁊c̄· Añ initiū illi⁹ ep̄le ſcribit ſanct⁹ paul⁹ in eodē ca· d· vn⁹ dominus vna fides· vnū baptiſma· vn⁹ de⁹ ⁊ pater oīm Tūc ſeq̇tur ep̄la p̄n̄s que in hoc cōcordat cū euangelio hodierno· q2 in euāgelio legitur de palitico quē dn̄s curauit· Sic in epiſtola apoſtolus monet paliticos in anima ut erigant᷑ ſpūaliter a paliſi ad bona opa di· (Renouamini) Ly· p grām dei (ſpū mētis veſtre) gor· in ſpū que eſt mēs vr̄a (⁊ induite nouū hoiem) vetus hō eſt adā: p quē pctm̄ in oēs hoīes introiuit· ſed nou⁹ hō eſt xp̄s q̄ eſt p̄mū p̄ncipiū inouatōis ⁊ renouatōis· q̄m ſicut in adā oēs moriunt᷑ ita ⁊ in xp̄o oēs viuificabūt᷑ (q̄) i· nouus hō xp̄s (ſm deū creat⁹ ē) i· ⁊ ſpirituſcō ɔceptus ē in vtero v̄gis ac de ea natus eſt (in iuſticia) opis (⁊ ſcitate) cordis (veritat̄) oris Ly· q2 nō fuit in xp̄o duplicitas vel falſitas aliqua vel ypocriſ· ut· j· pe· ij· Qui peccatū nō fecit nec eſt inuētus dolus in ore ei⁹ (ꝓpter qđ deponētes mendaciū) Ly· p qđ ꝓximus defraudat᷑ (loq̇mini veritatē vnuſq̇ſqꝫ cum ꝓximo ſuo) p quā cū eo recte viuit᷑ (q̄m ſum⁹ inuicē mēbra·) Vm· nā vnū mēbrū nō decipit alterū in eodē corpe: ſꝫ plus cōdolet et adiuuat alterū ſic ꝙ os ſeruit capiti oculo· pedib⁹ ⁊ ſic de aliꝭ mēbris (Iraſcimini) cōtra peccātes (et nolite peccare) nimis aſpere arguendo· Vñ Eccs· vij· Noli eſſe iuſt⁹ multū· (Sol nō occidat ſup iracundiā vr̄am) i· nō duret vſqꝫ ad occaſū ſolis (nolite locū dař diabolo) Vm· i· in ira pſeuerando (Qui furabat᷑) Ly· añ ɔuerſionē de errore gentili (iā nō furet᷑) i· xp̄ianitatis tp̄e (magis aūt laboret manibus ſuis) Gor· vnuſq̇ſqꝫ opando maib⁹ ſuis) diligēter et ſtrēnue· q2 q̄ nō laborat nō māducet (qđ bonū eſt) i· vtile ⁊ honeſtū (ut habeat) non tm̄ vnde viuat: ſed et (vnde tribuat neceſſitatē patiēti) id eſt indigenti·

### Euangelium·

IN illo tp̄e· Aſcēdēs Ih̄s in nauiculā trāſfretauit ⁊ venit in c̄tatē ſuā Et ecce offerebāt ei paliticū iacentē in lecto· Vidēs āt ih̄s fidē illoꝝ dixit palitico· Confide fili Remittūt᷑ tibi pc̄tā tua· Et ecce q̄dā de ſcribis dixerūt intra ſe· hic blaſphemat· Et cū vidiſſꝫ ih̄s cogitatōes eoꝝ dixit eis Vt q̇d mala cogitat̄ in cordibꝫ vr̄is· Qđ eſt facili⁹ dicē· dimittūt᷑ tibi pc̄tā tua: an dicē: Surge ⁊ ābula· Vt āt ſciat̄ q2 fili⁹ hoīs hꝫ ptātē dimittēdi pc̄tā Tūc ait palitico· Surge· tolle lectū tuū ⁊ vade in domū tuā Et ſurrexit ⁊ abijt in do^m suā Vidētes āt turbe timuerūt ⁊ gl'ificauerūt deū q̄ ded^t ꝑtātē talē hoībꝫ.

## ¶ Postilla.

Hscēdēs Jhs ī nauiculā. Math. ix. Hoc sig^m fec̄ dn̄s ihesus āno eiꝰ xxxi. xij. kl. octobꝛ. feria. v. luna xxiiij. īdictōe. iiij. Añ initiū illiꝰ euāgelij scribit sanctus Marcus ꝙ xp̄o veniente in regionem gerasenoꝝ occurrit ei hō hn̄s multos sp̄ūs immūdos. q̄ sepiꝰ cōpedibꝫ ⁊ cathenis vinctꝰ: dirupit catenas ⁊ cōpedes cōminuit. ⁊ nemo potuit eū domare. ⁊ sp̄ nocte ac die in monumētis ⁊ mōtibꝰ erat clamās ⁊ cōcidens se lapidibus Vidēs āt Jhesū a lōge cucurrit ⁊ adorauit eū Et interrogabat eū ihesus qđ tibi nomē ē. ⁊ dixit ei. legio m̄ nomē est q̄ multi sumꝰ. Erāt ibi circa mōtem grex porcoꝝ magnꝰ pascēs in agris et dep̄cabāt eū sp̄ūs dicentes. Mitte nos in porcos ⁊ introeamꝰ in eos Et cōcessit eis ihesus statī Et exeūtes spiritꝰ immūdi introierūt in porcos. et magno impetu grex p̄cipitatꝰ est in mari ad duo milia: ⁊ suffocati sūt ī mari. Pastores autē fugerūt ⁊ nūciauerūt in ciuitatē ⁊ in agros Et egressi sūt videre q̄d eēt facti. ⁊ vident eum q̄ a demōio vexaba^t sedentē vestitum ⁊ sane mētis. ⁊ rogabāt Jhesū ut discedēt de finibꝰ eoꝝ (Et ascendēs Jhesus in nauiculā) Li. ut p nauigiū de terra gerasenoꝝ rediret in galileā vñ illuc venerat (trāsfretauit ⁊ venit ī ciuitatē suā) .s. capharnaū que erāt metropolis galilee. ⁊ dr̄ ciuitas sua q̄a freq̄nt ibi hītabat: ⁊ in pn̄cipio p̄dicatōis sue multa miracula ibi fecit: sicut et bethleē fuit sua: q̄a in ea nasci elegit et etiā nasareth sua. q̄ ī ea ānūciatꝰ est ⁊ nutritus fuit (⁊ ecce offerebant ei paliticū iacentē in lecto) Modꝰ āt offerēdi scribit Mar. ij. q̄ ñ potētes intrare ad xp̄i p̄n̄tiā ꝓpter turbā circūstantē: de tecto domꝰ sūmiserūt eum in lecto añ ihesū. Et hō fuit mag^m signū fidei illoꝝ. ꝓpter qđ seq^r (Videns āt ihesus fidē illoꝝ) Li. s. palitici ⁊ offerētiū (dixit palitico. Confide fili.) Ly. ad modū boni medici: qui p̄mo remouet cām morbi ⁊ tūc postmodū intendit curatōni. Infirmitas autē hō fuit inflicta palitico ꝓpter pc̄cm. ⁊ ideo xp̄s primo remouet cām: di. (remittūtur tibi pctā tua.) Ad maiorē p̄dictoꝝ intelligentiā sciendū: ꝙ infirmitas corpal' infligi^r alicui a deo multis de caus. Vno mō ꝓpter pbatōem patiētie: sicut in Joba Thobia excecato. Vñ Thob. ij. Hāc tēptatōem permisit deꝰ euenire illi: ut posteris daretur exemplū patiēcie eiꝰ. Scdō ꝓpter humiliationē alicꝰ ne in supbia eleue^r sicut in paulo aplo. ut ꝫ. ij. Cor. xij. Ne magnitudo reuelationū extollat me datꝰ est mihi stimulꝰ carnis mee angelus sathane q̄ me colaphiset. Tercio ad gl'am dei manifestandā. sicut de ceco nato dr̄. Jo. ix. Neqꝫ hic peccat neqꝫ pentes eiꝰ .s. ut cecus nasceret: sed ut manifestētur opera dei in illo. Quarto infligitur ꝓpter pcti cōmissi purgatōnem: sicut pꝫ in maria sorore moysi murmurāte cō moysē q̄ fu^t facta ꝓpter hō ad tp̄s leprosa. ⁊ ī palitico isto de q̄ fit mētio in euan^o hodierno Quinto ꝓpter punitōꝫ pctōꝝ. sic ꝙ deꝰ incipit pctōrem in hō mūdo punire ut in eternū puniat. sicut pꝫ ī ātiocho in veteri testamēto. et etiaꝫ in herode in nouo testamēto. q̄s ābos diuina vltio tali morbo percussit ut putrescerēt et viscera de ipis fluerēt. q̄ morte miserabili mortui sūt: et ī p̄n̄ti incep^t eoꝝ infernꝰ: ⁊ durab^t imꝑpetuū Jē. xvij. Duplici cōtritione cōtere eos dn̄e (Et ecce q̄dā de scribis) Gor. id ē legispitt (dixerūt intra se) id ē cogitabant q̄ verbis hō exprimere nō audebāt ꝓpter populū (hic blasphemat) id ē qđ dei est sibi vsurpat. Blasphemare ē creature attribuere illud qđ est ꝓprium dei. dimittere āt pctā soli deo cōuenit Per hoc ergo ꝙ xp̄o blasphemiā imponebant in hoc ꝙ pctā dimittebat pꝫ ꝙ ipīꝫ negabāt deū esse dicētes eū esse purū hoiēꝫ (Et cū vidisset Jhesus cogitatōes eorū) supple iniq̄s q̄s hēbāt ɔtrꝰ eū īponēdo sibi falso blasphemiā (dixit Ut qd cogitatis mala ī cordibꝫ v̄ris) ꝛ in hoc ondit xp̄s se eē deū vn̄ Criso. Solꝰ dei est cognoscē cogitatōes hoīm (Quid ē faciliꝰ dicē. dimittūtur tibi pctā tua) i. solo v̄bo efficē ut dimittātur tibi pctā tua (an dicē surge ꝛ ambula) ·i· an v̄bo efficē ut aliqs paliticus surgat sanꝰ ꝛ ambulet (Ut autē sciatis) vos pharisei (qꝛ filiꝰ hoīs) id est virginis (habet ptātem in terra dimittendi pctā) Ly. ut deus non ut purus homo (tūc ait paliticō. Surge tolle lectū tuū. ꝛ vade in domū tuam Et surrexit) ad imperiū Jhesu xp̄i (ꝛ abijt in domū suā) Ly. in signū ꝑfecte curationis (Videntes āt turbe.) scꝫ miraculū factū in paliticō (timuerūt) Ly. imponē sibi blasphemiā (ꝛ glorificauerūt deuꝫ q dedit potestatem talē) id est Jhesū xp̄m qui est virtꝰ dei patris (hominibꝰ) id ē ad salutē hoīm.

Circa pn̄s euangeliū vbi dicitur. Dimittūtur tibi pctā tua. Notādum ꝙ Hugo de prato dicit. de hoc habemꝰ exemplū in multis Nā petrus cū iuramento negauit xp̄m. ꝛ postea fleuit. ꝛ xp̄us misericorditer sibi indulsit ꝛ in graduꝫ pristinum eū restituit ut patet Joh. xxi. Pasce oues meas Itē maria magdalena cū multis fornicata. ꝛ postea accessit verecūda. et cū magna ɔtritione ꝛ fide ad xp̄m. ꝛ saluata ē. ut pꝫ Luc. vij. Fides tua te saluā fecit Itē paulꝰ apl̄s ꝑsecutꝰ est ecclesiā dei ꝛ stephanū iuuit lapidarē ꝛ postea dixit. Dn̄e qd me vis facere Act. ix. ꝛ postmoduꝫ factꝰ est doctor gentiū ꝛ lumen ecclesie. Itē latro in cruce antea multa latrocīnia ꝛ scelerā ɔmisit. et dixit. Memēto mei dn̄e dum veneris in regnū tuum Luce. xxiij. et xp̄s plus ei dedit q̄ petiuit. Hodie īquit mecuꝫ eris in paradiso. Carissimi īmitemur istos ꝛ n̄ simꝰ sicut iudas q de misericordia dei desperauit ꝛ laqueo se suspendit Math. xxvij. In q deū grauiꝰ offendit q̄ ꝙ xp̄m p triginta denarijs vendidit. vnde de hoc dicitur in decretis Judas magis peccauit desperando q̄ xp̄m tradēdo. xiij. q. iiij. Sed nō licet. Nō etiā sicut Cayn qui ait Maior est iniq̄tas mea q̄ ut veniam merear. Gen. xiiij. vn̄ Bern. Mētiris cayn. maior est dei pietas q̄ q̄uis iniquitas

Sequitur in euāgelio. q dā de scribis dixerūt intra se. hic blasphemat. vbi Notādū ꝙ tribꝰ modis blasphematur deus. Primo dum quid attribuitur deo vel imprecatur ei quod sibi nō ɔuenit. ut ꝙ sit malus iniustus maledictꝰ ꝛc. Secūdo cū quis remouet a deo qd ei cōuenit dicendo ꝙ non sit omnipotens misericors ꝛ iustꝰ ꝛ cetēa talia. Tercio auꝫ quis sibi ipsi attribuit quod est ꝓpriū dei scilꝫ pctā dimittere ꝛ curare. Et isto tercio modo dicebāt isti ꝙ ihs blasphemabat. qꝛ quod erat ꝓpriū dei scilicꝫ pctā dimittere sibi attribuebat. di. dimittūtur tibi pctā tua. Hec ille.

Dominica. xx. Ephe. v

Fratres Videte quō caute ambuletis. nō qi insipiētes ſꝫ ut sapiētes. redimentes tp̄s. qm̄ dies mali sūt. Propterea nolite fieri īprudētes. ſꝫ itelligētes q sit volūtas dei. Et nolite īebriari vino in q est luxuria. sed impleami spūscō loqntes vobismetipsis: ī psalmis ymnis ꝛ cāticis spūalibꝰ cātātes ꝛ psallātes in cordibꝫ v̄ris dn̄o. grām agētes sēp p omnibꝰ in nomine dn̄i n̄ri Jhu xp̄i deo ꝛ p̄ri. Subiecti inuicē: in timore xp̄i.

Postilla.

Videte quō caute ambuletis ꝛc. Ante initiū istiꝰ ep̄le scribit sanctꝰ paulus: di. Surge q dormis ꝛ exurge a mortuis: ꝛ illuminabit te cristus. Tūc sequitur ep̄la hodierna que cōcordat cū euāgelio hodierno. Nā in euāgelio legitur de nuptijs ꝛ quō quidā q nō fuit indutꝰ veste nuptiali traditus fuit ad tn̄bras exteriores. sic in ep̄la p̄nti apl̄s paulꝰ monet nos ut caute ꝛ sapiēt ābuleꝰ ad illas nuptias de qbꝰ dicit euāgelium ne veste nuptialē fine q̄ ad tenebras exteriores ꝓiciāmur ꝑamus: d. (Fratres) Glo. filij eiusdē pr̄is .s. dei ⁊ eiusdē m̄ris .s. ecc̄lie (videte) Glo. oculo īteriori nō tm̄ exteriori (quō caute ābuletis) ꝓpt̄ vie pircula q̄ sūt multa ⁊ varia (nō q̄si insipiētes sed ut sapiētes) in oībus ꝑuidentes (redimētes tp̄s) .Ly .s. bonis opib⁹ insistendo (qm̄ dies mali sūt) Vm. dies s̄m se boni sūt ⁊ a deo ⁊ per oīa bñ ordinati. sed dicūtur mali occasionaliter vel p accidēs ꝓpter miseriā vel penalitatē quas patiūt̄ homines diebus istis. vł propter peccata vel malicias hoīm que supabūdant dieb⁹ istis. q2 iā tot⁹ mund⁹ in maligno posit⁹ ē (Propterea) q2 dies mali sūt (nolite fieri imprudētes sed intelligētes que sit volūtas dei) vin. ut s̄m illā opamini. ut sic volūtas vr̄a volūtati diuine cōformet̄ (Et nolite iebriari vino) Vin. i. vltra nc̄citatem ⁊ mēsurā vti vino (in quo est luxuria) nō formaliter sed effectiue ⁊ causalr̄ ut patuit in Loth q̄ p⁹ vinū ꝯmisit incestū. ut3 gen̄. xix (Sȝ ipleami spūsancto) Ly. qui dat̄ sobrijs ⁊ castis (loquētes vobismetipsis) Vin. i. instruētes nō solū alios sed et̄ vosmetipsos (in psalmis) i. in verbis sacre scripture ad bñ opandū incitantibꝫ. (ymnis) i. in verbis sacre scripture que de laude dei agunt (⁊ canticis spiritalibus) i. in verbis sacre scripture de gaudijs eternis tractantib⁹ (cantātes ⁊ psallētes in cordibus vestris). Vi. i. ad honorē dn̄i (gratias agētes semp p oībus) .s. donis. quia gratitudo beneficij accepti disponit ad receptionē alteri⁹ (in noīe dn̄i nostri ih̄u xp̄i) Glo. i. ad exaltationē domini nostri Jhesu xp̄i. qui dicitur dominus ꝓpter potestatē. noster ꝓpter caritatem Jhesus ꝓpter salutem. Christus ꝓpter benignitatē (deo ⁊ patri) .s. deo p creatōnem. patri p gubernationē ⁊ ꝯseruatōē (Subiecti inuicē) nō solū subditi p̄latis humiliter ⁊ cū timore obediendo: sȝ et̄ p̄lati hūiliter ⁊ cū timore curā eoꝝ solicitē gerendo (in tīore xp̄i) q̄ ē custodia oīū p̄ccōꝝ.

### Euangelium.

In illo tempe. Loq̄bat̄ Jh̄s cum discipul' suis in parabol. d. Simile factū est regnū celoꝝ hoī regi q̄ fec̄ nuptias filio suo ⁊ misit s̄uos suos vocaē inuitatos ad nuptias ⁊ nolebāt venire. Iteꝝ misit alios s̄uos dicēs. Dicite inuitat̄: ecce prandium meū paraui Tauri mei ⁊ altilia occisa sr̄ ⁊ oīa parata veīte ad nuptias. Jlli āt neglexerē ⁊ abierūt. ali⁹ in villā suā. ali⁹ vero ad negociatōem suā. Reliqui vero tenuerūt seruos eius ⁊ ꝯtūelijs affectos occiderūt. Rex āt cū audisset irat⁹ est ⁊ missis exercitib⁹ suis pdidit homicidas illos ⁊ ciuitatē illoꝝ succendit Tūc ait s̄uis suis. Nuptie quidē parate sūt: sȝ q̄ īuitati erāt nō fuerūt digni. Jte ḡ ad exitus viaꝝ: ⁊ q̄scūq3 inueneritis vocate ad nuptias Et egressi s̄ui ei⁹ in vias ꝯgregauerūt oēs q̄s inuenerunt malos ⁊ bonos. ⁊ īplete sūt nuptie discūbentiū Intrauit aūt rex ut videret discūbentes. ⁊ vidᵗ ibi hoīem non vestitū veste nuptiali. Et ait illi. Amice quō huc intrasti non hn̄s vestē nuptialē? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris. Ligat̄ manib⁹ ⁊ pedib⁹ ei⁹ mittite eū in tn̄bras exteriores. ibi erit fletus ⁊ stridor dētiū Multi eī sūt vocati pauci vo elc̄i.

### Postilla.

Simile ē rc̄. Math. xxij. lu. xiiij Hanc historiā dixᵗ dn̄s āno ei⁹. xxxiij. xj. kal̄. apl̄. feria. iij. luna. xij indictōe. vj. An̄ initiū illi⁹ euāgelij scribit sanct⁹ Mathe⁹ ī p̄cedēti ca. q2 xp̄s dixit pn̄cipib⁹ sacerdotū ⁊ seniorib3 iudeoꝝ. Quid vobis vide². Hō q̄dam hēbat duos filios. ⁊ accedēs ad primū dixit. Fili vade hodie opari in vineā meā. Ille aūt rn̄s ait. Nolo. Postea aūt pnīa motus abijt. Accedens āt ad alteꝝ dixit sic. et ille rn̄s ait. Eo dn̄e. Et nō iuit. Quis ex duob⁹ fecit volūtatē pr̄is? Dicūt ei. Prim⁹. Dicit ill' ih̄s. Amē dico vobis q̄a publicani a metrices ꝑcedent vos in reg̃ dei. Venit eī ad vos Johēs in via iuſtitie a nō credidiſtis ei. Publicani autē a metrices crediderūt ei. vos autē videntes nec pnīaꝫ habuiſtis poſtea ut credētꝭ ei ꝛc. Tc̄ poſtmodū ſeq̄t euāᵐ hodierᵐ (Sile ē regᵐ celoꝝ) Ly·i·ſtatꝰ eccīe militātꝭ (hoī regi q̄ fecit nuptias filio ſuo) tūc eī deꝰ pr̄ fecit nuptias filio ſuo qñ naturā hūanā copulauit naturę dīne ī vno ſuppoſito. q̄ q̄deꝫ nuptie celebrate ſūt ī vtero v̓ginali. de q̄ xp̄s exiit tāq̄ ſpōſus ꝓcedēs de thaº ſuo (Et miſit ſuos ſuos) Gor·i·ꝓphas ꝑcedētes (vocare iuitatos) ·i· iudeos (ad nuptias) ·i· ad fidē īcarnatōis xp̄i ꝓmiſſaꝫ ī p̄riarchis figuratie. in lege p̄dicatā. ī ꝓphis ꝓnūciatā (a nolebāt venire) Li· credēdo ſcp̄turis q̄ nolebant v̓bis ꝓphaꝝ obedire (Iteꝝ miſit alios ſeruos) ·i· aplos q̄s miſit in oēm ciuitatē a locū q̄ ipē venturꝰ erat. ut hr̄ Lu· x (dicēs. Dicite inuitatis. Ecce prandiū meū paraui) Ly· videlꝫ ſacrā eccīe doctrinam fidei a ſacre ſcp̄ture qbꝰ reficitr aīa. a potiſſīe ſacramēto euchariſtie. ī q̄ datr nob caro xp̄i ī cibū. et ſāguis eiꝰ ī potū (Tauri mei) Gor·i· p̄res veterꝭ teſtamti (a altilia mea) ·i· p̄res noui teſtamti pinguedine caritatꝭ ſaginati (occiſa ſūt a oīa parata) ·ſ· q̄cq̄d requirr ad ſalutē hominū. locꝰ cibꝰ a veſtes (venite ad nuptias) credēdo. diligēdo operando (Illi autē neglexerūt) q̄ nō timuerūt dñm. q̄ eī timet dñm nihil negligit. ¶ Vñ hic q̄rit vtꝝ negligētia ſit pctm̄ mortale. Rn̄deo ſꝫ Tho· q̄ negligētia ꝓuenit ex q̄dā remiſſiōe volūtatis. ut nō ꝓficiat ea q̄ debet. ut ſi omittā q̄ ſūt de necītate ſalutis ſiue ſit actꝰ ſiue circūſtātia erit pcc̄m mortale. Vel ſi volūtas ſit tantū remiſſa ut totalr a dei caritate deficiat. talis etiā negligētia ē peccatū mortale. a hoc p̄cipue qñ ſequitr ex ↄtēptu. Omiſſio vero circa ea q̄ non ſūt de necītate ſalutis ob defectū feruoris nō eſt mortale ſꝫ veniale pctm̄ (a abierūt. aliꝰ in villā ſuā) ·i· ad labore a occupatōeꝫ corꝑalē. circa terrenarū reꝝ acq̄ſitōeꝫ (aliꝰ ad negociatōꝫ ſuaꝫ) ꝑ negociatōeꝫ intelligitr nimia occupatio mētalꝭ circa tp̄alia īpediēs dīna (Reliq̄ vero tenuerūt ſeruos eius a ↄtumeliis affectos occiderūt.) q̄ poſt aſcēſionē xp̄i iudei flagellauerūt apoſtolos oēs ſimul. a poſtmodum Stephanū ꝓthomr̄eꝫ lapidauerūt. Actu· vii. et Jacobū frēꝫ Johis occiderunt. Act· xii. (Rex aūt cū audiſſet iratꝰ eſt. a miſſis exercitibꝫ ſuis) Ly· ſ· exercitu romanoꝝ ſub p̄ncipibꝫ Tyto a veſpaſiano q̄ ex dīna ordinatōe venerūt ↄtr ihr̄lm. xlii. āno pꝰ xp̄i paſſiōꝫ (ꝑdidit homicidas illos) q̄ in vltionē ſāguinis xp̄i a ſuoꝝ diſcipuloꝝ ab exercitu romanoꝝ ſunt trucidati a captiuati de iudeis vſqꝫ ad decies centum milia ut dicit Joſephꝰ in li· de iudaico bello (a ciuitatē illoꝝ ſuccēdit) q̄ tunc ihr̄lm ſuccēſa eſt a tēplū in ea (Tunc ait ſeruis ſuis) a ſeq̄ntibꝰ coꝝ ꝑ diuinā reuelatōem (Nuptie q̄dē parate ſūt) ·i· ſacramētum incarnatōis paratū eſt ut natiuitatis p̄dicatio. paſſio xp̄i a introitꝰ regni apertꝰ eſt ꝑ paſſiōeꝫ xp̄i q̄ ante clauſus fuit (Sed qui inuitati erant) ſcilicꝫ iudei (nō fuerūt digni) Li· propter ſuā incredulitatem (Ite ergo ad exitus) id eſt ad gētes. que non erāt in via mādatoꝝ dei a ſine lege viuentes a legē ignorātes. At illas enī gentes iuerunt apoſtoli iudeis nolentibꝰ fidē xp̄ianam recipe. ſic habetr Actuū. xiii. Dicentibꝰ Paulo a barnaba ad iudeos. vobis oportebat primū loqui verbū dei ſꝫ qm̄ repellitis illud a indignos vos iudicatis eterne vite. ecce ↄuertimur ad gentes. ſic enī p̄cepit nobis deꝰ (a quoſcūqꝫ inueneritis vocate ad nuptias) q̄ nullꝰ volens fidē catholicā recipe repellendꝰ eſt (Et egreſſi ſerui eius) ſcilicꝫ de iudea (in vias) id eſt ī terras gentiū (cōgregauerūt oēs q̄s inuenerunt malos a bonos.) Ly· q̄ in eccīa militāte admixti ſūt boni cū malis (a implete ſūt nuptie diſcūbentiū)

Ly. qꝛ fides catholica diffusā est per orbē vniuersū (Intrauit āt rex ut videret discūbentes) Ly. intrat āt xp̄s duplr̄. Prio specialr̄ in morte cuiuslibet hōis. Scdō gn̄alr̄ intrabit in iudicō futuro discernēdo merita ⁊ demerita cuiuslibꝫ hōis (⁊ vidᵗ ibi hōiez n̄ vestitū veste nuptiali) .i. hn̄tē fidē sī caritate. Nāz vestis nuptial' est caritas q̄ diuidet int̄ filios regni ⁊ ꝑditionis ut dicit Augu. (Et ait illi. Amice) Ly. vocatur autē peccator amicꝰ ꝓpter naturaꝫ quā deꝰ creauit que bona est. ⁊ que ad imaginē dei facta ē (quō huc intrasti) sacramēta ecc̄e suscipiēdo ⁊ fidē ecclesie confitendo (non hn̄s vestem nuptialeꝫ) .i. in caritate bona opera. vn̄ Jhero. Vestis nuptialis sūt decē precepta que induūt̄ i caritate dei ⁊ ꝓximi (At ille obmutuit) Li. qꝛ in extremo iudicio ꝓpria arguēte ꝯsciētia homo pc̄ōr cōuincit̄ et mutꝰ efficiᵗ (Tūc dixit rex ministr̄) Ly. id est āgelis executoribꝰ diuine iusticie. (ligatis manibꝰ et pedibus eius) Ly. qꝛ post mortē nō p̄t pc̄ōr bonū operari. nec ad salutem reuerti (mittite eū) pc̄or i hac vita ē i tenebris īterioribꝰ qꝛ adhuc ē in via vie in inferno āt erit in tenebris exterioribꝰ qꝛ erit extra ambituꝫ diuine misericordie ⁊ sine omī spe eterne glīe. vn̄ Beda In inferno nulla est redēptio nec dolorꝫ mitigatiō (ibi erit fletꝰ) Gorr̄. ex vehementia ardoris (et stridor dentiū) ex vehementia frigoris ut pꝫ Job. xxiiij. Transibunt ab aquis niuiū ad calorem nimiuꝫ (Multi āt sūt vocati) Ly. ad fidem catholicam (pauci vō electi) ad glāꝫ. ¶ Cit̄ pn̄s euāgeliū vbi dicit̄ Sile est regnū celorꝫ. Hugo de prato dicit. id ē ecc̄a p̄sens. qꝛ sicut deꝰ habitat i cel' ꝑ glāꝫ ita hītat in p̄nti ecc̄ia in sacramento eucharistie. ut pꝫ Math. xxviij. Ecce ego vobiscū suꝫ oībꝰ diebꝰ vsqꝫ ad cōsūmationē seculi. Itē sic in celo sūt q̄dā corpa magis ⁊ minꝰ clara ⁊ vnus illūinat aliū. ⁊ q̄dā sūt illūimantes ⁊ q̄dā illūīnati. ⁊ q̄dā magis lucēta q̄dā minꝰ utꝫ Dan̄. xij. Qui aūt docti fuerīt fulgebūt q̄si splēdor firmamēti ecce minus lucētes. Et q̄ ad iusticiā erudiūt multos q̄si stelle in ꝑpetuas eternitates. ecce magis lucentes Seqᵗ Homi regi. xp̄s enī est verꝰ rex ⁊ potēs in omnibꝫ ⁊ oēs reges excedit. qꝛ regnat in celo in mundo ⁊ in inferno ad Phil'. ij. donauit illi nomē qḋ est sup oē nomē ut in noīe ihesu omne genu flectat̄ celestiū terrestriuꝫ ⁊ infernorꝫ. In celo enī regnat ꝑ totalē ⁊ vniuersalē btōrꝫ subiectōꝫ qꝛ ei oīs sancti ⁊ āgeli ad nutū obediūt ⁊ ei in oībꝰ subijciūt̄. qḋ etiaꝫ q̄tidie petimus in nobis fieri dicentes. Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in t̄ra. utꝫ Math. vj Regnat enīꝫ in celo ꝑ sue glorie ostensionē ⁊ btām visionē. qꝛ ibi eiꝰ maiestas ⁊ gloria demonstratur. vnde in ps̄. Ostende nobis dn̄e misericordiā tuā ⁊ salui erimꝰ. vnde Fulgentiꝰ. dei facieꝫ si oīs in carcere inferni inclusi viderēt. nullam penaꝫ nullum dolorē nullamqꝫ tristiciā sentirēt Itē rex noster Jhesus xp̄s regnat in mundo per patiētiam ⁊ misericordiā. Nā in magna patiētia ⁊ misericordia regnat sup pc̄ōres. Patienter enī expectat eos ut ꝯuertanᵗ. ⁊ misericorditer recipit eos si conutāᵗ ut pꝫ Jsaie. xxxviij. ꝓpterea expectat dn̄s ut misereat̄ nr̄i. vn̄ et Jhere. iij. Tu āt fornicata es cū amatoribꝰ mul'tis. tn̄ reuertere ad me ⁊ ego suscipiā te. Sꝫ multi miseri pc̄ōres penitentiam ⁊ misericordiam ꝯtemnūt ⁊ eo ipso magis peccāt vn̄ Eccs. viij. qꝛ non cito ꝓfertur ꝯtra malos sententia: filij hominū absqꝫ vllo timore ꝑpetrāt mala Itē super iustos regnat in magnificis gratijs sp̄ūaliter habitans in eis ⁊ ipsos dirigēs ⁊ ꝓtegens ⁊ gubernās. Ipsi enī sunt templū dei spirituale ⁊ sp̄ūssanctus habitat in eis ut dicitᵗ .j. Corꝫ. iij. Templū dei sanctū est quod estis vos. Ipsi etiā sunt regnuꝫ dei. q̄ ꝓ honore dei ⁊ ꝓpria salute quotidie certāt ɔtrā diabolū mūduȝ ⁊ ꝓpriā carneȝ. ⁊ de illis hostib⁹ triūphant. vñ Math. xj. Regnum celorum vim patit̃ ⁊ violenti .i. cum violentia preliantes: rapiūt illud. Iteȝ in inferno regnat ꝑ iustitie executoȝ ꝙ effectū iustitie .s. punitōnem ⁊ vindictā in damnatos ibi exercet. ut pȝ Deutro. xxxij. Reddā vltionē hostibꝫ. vñ ex hoc sequit̃ ꝙ in inferno cognoscāt impij xp̄m esse regē omīpotēteȝ qui hic noluerūt eū cognoscere regē misericordē. Seq̄t̃ hic. Ligatis manib⁹ ⁊ pedibus. vbi notandū ꝙ peccator stricti⁹ ligat̃ ꝙ̄ animalia ligātur. Nam ligat̃ memoria ne recolat bñficia dei. ligatur volūtas ne desideret vera bona. ligatur cor ne penas īfernia morteȝ cogitet ⁊ mala q̄ incurrit ī statu peccati manēs. ⁊ simile est de omībꝫ potētijs anime interi⁹ ⁊ exteri⁹ que om̄es fortiter alligantur. et sicut peccator fuit ligat⁹ in culpa: sic digne erit ligatus in pena.

Dñica. xxj. Ephesioꝝ. vj

Frēs. Cōfortamīi in dño ⁊ ī potētia virtutis ei⁹. Induite vos armaturā dei: ut possitis staē adūsus insidias dyaboli. qm̄ nō est nobis colluctatō adūsus carnē ⁊ sāguinē. ꝫ aduersus pricipes ⁊ ptātes adūsus mūdi rcōres tenebraꝝ harū cōn spiritualia nequitie in celestib⁹. Propterea accipite armatura dei: ut possitis resistere in die malo. ⁊ in oībus pfecti stare. State ergo succincti lūbos vr̄os in v̄itate. ⁊ induti loricaȝ iustitie. ⁊ calciati pedes in ꝑparatōe euāgelij pacis. In omnib⁹ sumentes scutuȝ fidei in quo possitis oīa tela neq̄ssimi ignea extinguē. Et galeā salutis assumite. ⁊ gladiū spūs qđ ē v̄bm̄ dei.

Postilla.

Confortamini in domino ⁊c. Añ initiū illi⁹ eple scribᵗ Paulus ī eo. ca. v. Serui obedite dominis vestris carnalib⁹ cū oī timore in simplicitate cordis vestri sic xp̄o. Nō ad oculū suiētes q̄i hoib⁹ placētes. ꝫ ut sui xp̄i faciētes volūtatē dei ex aio cū bona volūtate suiētes sicut dño ⁊ nō hoib⁹. Tunc seq̄t̃ pn̄s epl̄a in q̄ apl̄s nos instruit de bello ⁊ armis ɔtra diabolū q̄ nos multipliciť impugnat. D. (Cōfortamīi in dño) Glo. ɔtra bellū diaboli (⁊ ī potētia virtutis ei⁹) Ipē ei dat virtutē ⁊ fortitudinē plebi sue (Induite vos armatura dei) Li. .i. v̄tutib⁹ q̄ sūt arma militū xp̄i (ut possitis stare) absq̄ casu pc̄ci mortalis (adūsus insidias diaboli) q̄ ē mille artifex (qm̄ nō ē nob̄ colluctatō adūsus carnē ⁊ sanguinē) .i. adūsus hoies q̄ sū caro ⁊ sāguis ⁊ p ɔseq̄ns visibiles (ꝫ adūsus pricipes ⁊ ptātes) Ly. p principes itelligūt mediocres demōes q̄ p̄sūt minoribꝫ. ⁊ p ptātes intelligūt maiores demones. Nā de singulis ordinibꝫ ceciderūt aliq̄ ī q̄bꝫ nāa remāserit integ̃ ut dt Dyo. in de ce. ihe. Et īferiores demōes obediūt supioribꝫ ut magis possint nocē hoib⁹ (adūsus mūdi rectores.) .i. adūsus demōes q̄ regūt mūdū .i. mūdialiť viuētes (tenebraꝝ haꝝ) q̄ hoies mūdiales hn̄t tenebrosas aīas ⁊ sūt in tēbris viciorum ⁊ pducēť p⁹ h̄ ad tēbras exteriores (ɔ̄ spūalia neq̄tie) .i. ɔtra maligꝰs spūs (in celestibꝫ) supple existētes in h̄ aere caliginoso. de q̄b⁹ dr̄ Mat. xiij. Aues celi comederūt id .s. semē seminatuȝ .i. v̄bū dei (Propterea accipite armaturā dei) .i. v̄tutes q̄bꝫ de⁹ suos armat. Nō armaturā mundi. q̄ cū hostes sint spūales nil valet ɔ̄ eos armatuā corpal (ut possitis resistē). Ly. insultib⁹ demonū (ī die malo) .i. ī pn̄ti vita vbi iminet pug̃ tēptatōnum (⁊ ī oībꝫ) tā ꝑsperis q̄̄ adūsis (pfā staē) ita ꝙ nō frāgami adūsis nec eleuemi ꝑsperis (State ergo succīcti lūbos vr̄os) .i. carnales ɔcupiscētias cīgulo castitatis frenātes (ī v̄itate) Glo. nō fictatorie ut ypocrite q̄ sūt q̄i v̄gines fatue. hn̄tes vasa sine oleo (⁊ īduti loricā iustitie) Li. Sic lorica coopit totū corp⁹ sic iustitia reddit vnicuiq̄ debitū (⁊ calciati pedes) id ē affectōes v̄re sint munite v̄tutib⁹. ne a vitijs pugnāt (in pparatōꝫ euāgelij pacꝭ) ut sitꝭ pati ad pdicādū (In oibꝰ) gor. ꝑlijs siue illatꝭ a carne. siue a mūdo. siū a diabolo) sumētes scutū fidei) Vin. i. fidē ꝑ scuto. de q̄ dr ps. xc Scuto circūdabit te veritas eꝰ. Sic ei scutū pri° recipit ictꝰ. sic prīe impugnātōes sūt ex pte fidei. Itꝭ scuto ꝓtegiṫ sinistrē ps corpis. sic fides hꝫ solū ꝓtegere in hac vita. qꝛ nō erit fides pꝰ hāc vitā (i q̄ possitis oīa tela neqssimi) Gor. i. oēs acutas tēptatōes diaboli (ignea) i. deviao in viciū inflāmātia (extīguē) i. supare (a galeam salutꝭ assumite) i. caritatē. qꝛ sic galea suppōniṫ alijs armis. sic caritas alijs vtutibꝫ ppōiᵗ (a gladiū spūs) i. gladiū spūalē (qđ est vbū dei) Dicitꝰ aūt vbū dei gladiꝰ qꝛ paussus vbo dei diuidiṫ a mūdo. de hoc gladio dr. Mat. x. Nō veni mittē pacē ꝫ gladiū

¶ Euangelium.

IN illo tpe Erat q̄dā regulꝰ cꝰ filiꝰ infirmabaᵗ Capharnaū. Hic cū audisset qꝛ Ihs adueniēt a iudea in galileā. abijt ad eū a rogabat eū ut descēdēt a sanaēt filiū eiꝰ. Incipiebat eī mori Dixit ḡ ihs ad eū. Nisi sigā ꝓdigia videritis nō creditis Dixᵗ ad eū regulus. Dñe descēde p̄usq̄ moriaṫ filius meꝰ Dicit ei Ihs Vade. filiꝰ tuꝰ viuit Credidit homo sermoni quē dixit ei Ihesus a ibat. Iaꝫ autē eo descēdēte serui occurrerūt ei a nūciauerūt dicentes: qꝫ filiꝰ eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis in q̄ meliꝰ habuerit. Et dixerunt ei. qꝛ heri hora septima reliq̄t eum febris. Cognouit ergo pater quia illa hora eāt in q̄ dixit ei Ihesus. filiꝰ tuus viuit. Et credidit ipse a domꝰ eiꝰ tota.

¶ Postilla.

